ſulę Uide ſi lubet ꝯmẽtarios nrõs in Boetij op⁹ de ꝯſolatiõe

Eiuſdem Ioãnis Murmellij de hym-nis eccleſiaſticis libellus.

Hymnus diuinę laudis nomẽ eſt. vñ illud Te deũ hym
nus de⁹ in ſyõ Multo aũt prius q̃ ethnici poetę vari
as ſuis numinib⁹ hymnos cecinere. Hebrei vates diuĩo affla
ti ſpũ verũ deũ hymnis dulciſſimis laudauerũt Nã teſte Euſe
bio in xi. de p̃paratõe euãgelica libro. apud ãtiquiſſimos hebre
os q̇ multo añ grecorũ poetas fuere primũ floruit Moſes he
breorũ impator. q̃ cũ ex Aegypto iſraelitas in patriã reduce
ret ſtatim. vt mare rubrũ diuinit⁹ cedẽtib⁹ aquis tranſgreſſus
eſt diuino numĩe afflat⁹ auctore Ioſepho ĩ ſcdo de ãtiquitati
b⁹ iudeorũ hexametrũ carmẽ ĩ laudẽ dei grãrũq; actõem edidit
Deinde Dauid ille diuin⁹ dei vates vario metro hymnos cõ
poſuit dicẽte eodẽ Ioſepho libro. vij. ãtiquitatum Expedit⁹
itaq; Dauid a prelijs et p̃iculis quũ pace iã altiſſima frueret
cãtica in deum. hymnoſq; vario metro compoſuit alios quidẽ
trimetros. alios autem quinquemetros

Hinc Politianus in ea ſylua cui titulus nutricia
Pars hymnos fudere deo. ſic maximus ille
Mondum clara ſacris radiatus tempora Moſes
Ignibus: vt rubras. ſicco pede tranſijt vndas

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Demerſo inſignem cecinit Pharaone triumphum
Tuq; puer modo dicte mihi Jeſſee viciſſim
Dulcia terribili mutans pſalteria bello
Voce deum placas
Apud latinos *o hymnographi cū primis hi clari habentur.
Hilari⁹ Lactātius Ambroſius Prudenti⁹ Seduli⁹ Fortūa-
tus Et nr̄a ętate Joānes Frāciſcus Picus Rodolph⁹ Lan-
g⁹ Theophilus Brixian⁹ Jacobus Mōtan⁹ et quidā alij.

¶ Qua origine Romana eccleſia hymnos canere ceperit.

Romana eccleſia hymnoꝝ cātationē ex inſtitutiōe mag-
ni Ambroſij recepit q̄d diu⁹ Auguſtin⁹ in nono cōfeſſi-
onu; libro his verbis teſtat͂ Nimiꝝ ānus erat. aut nō multo
āplius cu; Juſtina Valētiniani regis pueri mater hoīe; tuu;
Ambroſiu; pſeq̄retur hereſis ſuę cauſa. qua fuerat ſeducta ab
arrianis excubabat pia plebs in eccleſia mori parata cū ep̄o ſuo
ſeruo tuo Jbi mat͂ mea āzilla tua ſolicitudinis et vigiliaꝝ pri-
mas ptes tenens orōnib⁹ viuebat Nos adhuc frigidi a calore
ſpiritus tui excitabamur tamē ciuitate attonita atq; turbata.
Tūc hymni et pſalmi vt canerētur ſecūdu; more; oriētalium
partiu;. ne popul us meroris tedio contabeſceret inſtitutu; eſt
et ex illo in hodiernum retentum multis iā pene omnibus gre-
gibus tuis et per cętera orbis imitantibus

¶ Qui hymni a quibus ſint compoſiti

¶ Diuus Ambroſius hos hymnos ſcripſit

Deus creator omnium	Conditor alme ſyderum
Lucis creator optime	Veni redemptor gētiu;
Jam lucis orto ſydere	Nūc ſancte nobis ſpūs.

Rector potēs verax de⁹. Rex de⁹ tenax vigor. ⁊ mul. alios

Prudentius.

Corde natus ex parentis Inuentor rutili dux
O nazarene dux Bethleem verbum patris
Cultor dei memento
En martyris Laurentij: tametſi in hoc nonnihil mutauerit
eccleſia et preterea multos alios. ¶ Sedulius
A ſolis ortus cardine Enixa eſt puerpera
Hoſtis herodes impie
¶ Fortunatus archiepiſcopus pictauienſis
Quem terra põtus ethera Vexilla regis prodeunt
Crux fidelis inter omnes
¶ Theodolphus Aurelianenſis epiſcopus
Gloria laus et honor tibi ſit rex chriſte redemptor
¶ Paulus diaconus
Vt queãt laxis reſonare fibris At ſi credimꝰ Alberto mag-
no in Lucã ſcribẽti. diuꝰ Hieronymꝰ eum hymnuz compoſuit
Thomas aquinas Pange lingua glorioſi
Petrus bolandus Stabat ad lignũ crucis
¶ Joẽs Frãciſcꝰ picꝰ Mirandulanꝰ pñceps ſcripſit hymnos
treis heroicos ad ſanctiſſimã trinitatẽ ad Chrm̃ et ad ꝟginẽ
Mariam. quibus docti nihil cenſent eruditius. ¶ Rodolphꝰ
Langius vates pientiſſimus inter caetera ingenij ſui monu-
menta optimę. maximę virgini lilia metro alcaico. roſas pha-
lecio. violas ſapphico mirabili breuitate cõpoſuit Item horas
de ſancta cruce anapeſtico pindarico Theophilꝰ Brixianꝰ de
gãtes hymnos ſapphico metro cecinit ĩ ferijs diuoꝝ Bñdicti
Lucę et Juſtinę cãtandos Jacobꝰ Mõtanꝰ ſcripſit odas ſpũa-
les Nõ ignorãdum eſt quoſdã hymnos qui iambici vidẽtur
magis rythmo q̄ȝ metro cõſtare. in alijs etiã pleraqȝ ꝑlicenter
poſita, nec eſſe nobis imitãda. vt in illo Feſtuz nunc celebre. et

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ut queāt laxis. ac quibuſdā alijs ¶ Q̄m āt quidā trochaico metro ꝯſtāt. vt Corde natꝰ ex parentis Pāge lingua glorioſi Crux fidelis inter oēs ſciēduz eſt Trochaicū alcmaniū cōſtare dimetro acatalecto. vt pbiſtula canit ſubulcus Crux fidelis inter oēs Euripidiuz ꝟo dimetro catalectico: vt Uultur alti us volat Arbor vna nobilis. Metra trochaica principaliter cōſtant trocheo Locis tñ imparibus hos recipiūt pedes. tro‑ cheuz tribrachyn. et per raro dactylū in locis ꝟo paribꝰ preter iā dictos ſpōdeuz tribrachyn. et per raro dactyluz in locis vero paribus iā dictos ſpōdeuz et anapeſtuz Euripidium elegāter alcmanio ſubijcitur Auſonius Pulchriꝰ multo parari Quaz creari nobilez Jlle ꝟo hymnꝰ O q̄z glorifica luce coruſcas. conſtat metro dactylico alcmanio tetrametro hypercatalecto. qꝛ poſt priores duos pedes in medio ſupereſt ſyllaba Similis eſt illi Boetiano Heu q̄z precipiti merſa profundo

¶ Libelli de hymnis eccleſiſticis finis

¶ Jn epiſtolam diui Hieronymi ad Niciam Aquileienſis eccleſie hypodiaconum Cō mentarioli duo Joannis Murmel‑ lij. in quibus pleraq; tradun‑ tur ſcribendis elegan‑ ter epiſtolis i‑ donea.

¶ Ex eplˀis eiuſdem diui Hieronymi fideliter ſelecte orōnes.

¶ Bonaꝝ artiū pfeſſori Joāni Murmellio
Gualterus Tangherius Buſciducenſis.

Floribus inſultat vt apecula murmure feruens
Poplite deripiens Attica mella ſuo
Haud ſecus in comptis graderis Murmellius ipſe
Codicibus. paſſim ſenſa notanda legens

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Joannes Murmellius Ruremundenſis Ludolpho Metelenio ingenuarum artium profeſſori ſalutē ꝺ̄t.

In epl'aȝ quandaȝ diui Hieronymi apđ quē non min⁹
eruditōis atqꝫ facūdie q̄ȝ apđ ethnicos ſcriptores repe/
rit̄ duos ꝯmētariolos cuiuſdā ſtudioſi adoleſcētis rogatu cō/
poſui. in quoꝝ altero epiſtolā ipaȝ vtcūqꝫ explicaui. altero nō/
nulla tradidi precepta conficiendis eleganter epiſtolis idonea
Quāq̄ȝ eñ apđ veteres ⁊ ꝓbatos artiū doctores de hac re nl̄l
le ꝑceptōes tradite vident̄ q̄d florētib⁹ adhuc lr̄is nō erat op⁹
liberalia ingenia curioſis regulis. et q̄ſi legib⁹ ſupfluis onerare
mihi tñ hac tēpeſtate viſuȝ ē pauculis ſcolaſticos pueros ad/
monere. vt lr̄as nō illiteratas eo facili⁹ diſcāt cōponere. et bar
baꝝ ac ruſticanū ſcribēdi morē in re maxime neceſſaria defu/
giant. Sȝ nec curaui vndiqꝫ ꝑcepta corrogare. vt pleriqꝫ oēs
grāmatiſte iuuētutis ingenia ꝟboſis ābagib⁹ mag̾ obtūdere
q̄ȝ acuere ſolēt Noui eñ breuitatē in precipiendo ab Horatio
ꝑceptā. ⁊ doctiſſiō cuiqꝫ bonaꝝ artiū magiſtro diligēter āplec
tēdaȝ. ꝙ ſatius ē puer̾ pauca recte tradita memorie tenaci mā
dare. q̄ȝ ſupuacua. aut penit⁹ cōtemnere. aut obliuiōe deꝑdere.
aut q̄d his pei⁹ eſt. nocitura mag̾ q̄ȝ ꝓfutura nō ſine magno la
bore ꝑdiſcere. Selegi ꝑterea ex plurimis eiuſdē Hieronymi e/
piſtolis orōnes nōnullas luculētas et imitabiles. ſtudioſis a/
doleſcētibus (vt reor) nō paꝝ fructus allaturas Hāc itaqꝫ lu/
cubratiūculā tuo acri iudicio eruditiſſime ⁊ nobis amatiſſime
Ludolphe ſubijcio. vt ſi tibi placeat. populi rumuſculos nec
optet. nec reformidet Pluris eñ eſt mihi teſtimoniū tuuȝ q̄ȝ
ſexcentoꝝ ineruditoꝝ. et (vt Epicuri ꝟbis vtar) ſatis mag/
num alter alteri theatꝝ ſumus Uale et me (vt ſoles) ama.

75

Hieronymus presbyter Nicie Aquileiēsis ecclesie hyppodiacono salutem dicit

TUrpilius comicus tractās de viciſſitudine literaꝝ. sola inquit res eſt. que homines abſentes preſentes facit. nec falſaꝫ dedit quanq̄ꝫ in re nō vera ſententiā. Quid em̄ eſt vt ita dicā. tā preſens inter abſentes. q̄ꝫ p̄ epiſtolas et alloqui et audire quos diligas Nā et rudes illi Italie hoīes. q̄s Caſcos Ennius appellat. qui ſibi. vt in rhetoricis Cicero ait ritu ferino victum requirebāt. ante charte et membranarum vſuꝫ aut in dedolatis e ligno codicillis. aut in corticib⁹ arboruꝫ mutuo epiſtolarum alloquia miſſitabāt Unde et portitores eaꝝ tabellarios. et ſcriptores a libris arborum librarios vocauere. Quāto igitur nos expolito iam artib⁹ mundo id nō debemus omittere. quod illi ſibi preſtiterūt. apud quos erat cruda ruſticitas. et qui humanitateꝫ quodāmodo neſciebant Ecce beat⁹ Chromatius cū ſancto Euſebio nō plus natura q̄ꝫ moruꝫ ſibi equalitate germano literario me prouocauit officio. Tu modo a nobis abiens recenteꝫ amiciciā ſcindis potius q̄ꝫ diſſuis quod prudenter apud Ciceronē Lelius vetat. niſi forte ita tibi exoſus eſt oriens: vt literas quoq̄ꝫ tuas huc venire formides. Expergiſcere. expergiſcere. euigila de ſomno preſta vnaꝫ charte ſchedulaꝫ charitati. inter delicias patrie et communes quas habuimus peregrinationes aliquando ſuſpira. Si amas. reſcribe obſecranti. ſi iraſceris iratus licet ſcribe. Magnum et hoc deſiderij ſolamen habebo. ſi amici literas vel indignantis accipiam VALE

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ In epiſtolam hanc commentariolus primus

HAnc epiſtolā clariſſimus Romanę eccleſię doctor hie
ronym⁹ et de chriſtiana religiõe pter ceteros bñ merit⁹
ad Niciam aquileiēſis eccleſię hypodiaconuz ſcribit. in qua de
literaꝝ viciſſitudine tractat. ei⁹ intermiſſione diſſcindi amici-
tiam docēs Ad poſtremuz aũt illũ adhortat. vt neglectũ ſcri-
bēdi officiũ ad amicitię ꝯfirmatõem reſumat. ¶ Turpili⁹ co-
micus Turpilius comediaꝝ clarus ſcriptor fuit. quem Sedi
gitus in libro quez de poetis ſcripſit. ſeptio in loco ponit. Co-
micus dr ſcriptor comediaꝝ. comedus vo auctor ¶ Viciſſitu
dine Viciſſitudo alternatio ē Terē. in Eunucho Oim rerũ
heus viciſſitudo eſt. lr̄arũ viciſſitudo ē. cũ amici ad amicos vi
ciſſiz lrās miſſitāt ¶ Lrāꝝ: lr̄as pl'i numero pepl'a declinam⁹
dicimuſqꝫ binas lrās et non duas. ternas. et non tres. vt ter-
nas hodie lrās accepi. vnas a matre. a fratre alteras. tertias
ab auũculo Cicero ad Plācuz Binas a te recepi lrās Corcy
re datas. quaruz alteris mihi gratulabare. q audiſſes me meā
priſtinā dignitatē obtinere. alteris dicebas te velle. q̄ egiſſem
bñ et foeliciter euenire Ubi aīaduertēduz eſt q vn⁹ cuz addit
noībus ſingulari nũero carētibus pl'em numeꝝ habet vt vnę
nuptię. vnę lr̄ę Interdũ lrās accipim⁹ p grāmatica ⁊ bonis ar
tib⁹. vt petrus lr̄as nõ didicit. Hinc literat⁹ dr literis inſtitut⁹
Littera ſingulari nũero. elemētuz ſignificat vt a vel b Vergi-
lius Littera pytagorę diſcrimine ſecta bicorni. ſignificat etiaz
manũ ſcribētis Cicero ad Atticũ Nā alexidis manũ amabā
q tā ꝓpe accedebat ad ſil'itudinē tuę literę Repitur q̄qꝫ aliqñ
p epl'a apud poetas dũtaxat Claudian⁹ Crebraqꝫ foecundo
feſtinet lrā curſu Ouidi⁹ Plura feres. qꝫ q̄ littera nrā refert
¶ Quanqꝫ i re nõ vba. Quāuis abſentes nõ ſint reuera pſēti-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tes.nec id lrē preſtent.eſt tñ Turpilij ſnīa ꝓbanda.q̄ idē ſigni
ficat.ꝙ abſentes corporali diſtantia ꝑ epiſtolas non ſecus fere
ac pn̄tes eſſent.colloquūtur et ſenſa animi depromūt.vnde di
uus noſter Hieronymꝰ in ep̄l'a ad Chromatium Jo.et Euſ.
Quotieſcumq3 inquit chariſſimos mihi vultus note manꝰ re-
ferūt impreſſa veſtigia·toties aut ego hic nō ſum.aut vos hic
eſtis credite amori vera dicēti.et cū has ſcriberē.vos videbaz
¶ Sententiā Sentētia aliqñ vocatur breue dictū vniuerſa
liter aliqd ꝓnuncians quod ad vitā hoīm pertineat.vt taliſq ſeq3
eſt qualibus amicis gaudet.Auaro taz deeſt quod h3 q̄3 quod
nō habet.⁊ in eo ſignificatu hic accipit̄.Aliqñ dicimꝰ ſententi-
am om̄ez cogitatōez aut ꝯſtitutiōez animi noſtri ſic Vergiliꝰ
in primo aeneidos Que te genitor ſentētia vtit Qñq3 etiam
vocamus ſenſuz ꝟborum q̄ dicimus.vt Paulus tā obſcure lo
quitur.vt nulla ex verbis eius ſnīa colligi q̄at Diciturq3 ſnīa
a ſentiendo qm̄ ita ſciamus.i.iudicemus ¶ Ut ita dicam.hęc
clauſula per parēthesiz a ſcriptoribꝰ frequēter interponi ſolet.
¶ Per epiſtolas Ep̄l'a grecū nomē eſt a greco ꝟbo epiſtello
q̄d ſignificat mitto ſic dicta.ꝙ ad abſentes mittat̄.hinc epiſto
laris et epiſtolicus.et epiſtoliū quod ſignificat ꝑuam epiſtolaz
Catullꝰ Quod mihi fortūa caſuq3 opp̄ſſus acerbo Cōſcrip-
tuz hoc lachrymis mittis epiſtoliū ¶ Italię Italia regio ē no-
tiſſima ſic dicta a copia tauroꝝ q̄s veteres greci italos vocaue
runt.vel ab Italo rege ſiculoꝝ.qui veniſſe fert̄ quōdaz in eam
in qua regnabat Turnus.eamq3 a ſuo noīe italiam appellaſſe
¶ Quos caſcos Enniꝰ appellat Caſcuz ſignificat vetus.cu-
ius ꝟbi origo ſabina eſt.vt auctor ē Varro in tertio de lingua
latina Cicero in prima tuſculana q̄ſtione Itaq3 vnū illud erat
inſituz priſcis illis quos appellat caſcos Ennius eſſe in morte

ſenſum. necꝫ exceſſu vitę ſic deleri hoīem vt funditus interiret
Verſus autem Ennianus quo priſcos appellat caſcos hic eſt
Quā primuz caſci populi genuere latini Manili⁹ ait Caſcum
duxiſſe caſcā nō mirabile eſt. id eſt vetulā nupſiſſe ſeni. ¶ En-
nius. Enni⁹ poeta vetuſtiſſim⁹ rudijs in apulia nat⁹. qui ſcrip
ſit ꝟſu heroico annales et Bella Romani populi De hoc Ho-
rati⁹ Enni⁹ ille pater nūq̄ꝫ niſi pot⁹ ad arma ꝓſilijt dicēda Et
Ouidi⁹ Enni⁹ igenio maximus arte rudis ¶ In rhetoricis
Rhetorica. oꝝ ſunt libri de arte rhetorica ſcripti Rhetorica cę
ars ipā dicit Cicero in ꝓemio primi rhetoricorum ſic ſcribit.
Nā fuit quoddā tp̄s. cuz in agris hoīes paſſim beſtiarū more
vagabātur et ſibi victu ferino vitaz ꝓpagabāt. nec rōne animi
q̄cq̄ꝫ. ſed pleraqꝫ virib⁹ adminiſtrabant: De his quoqꝫ priſcis
italię hominibus ait Vergili⁹ in octauo Hęc nemora indige-
nę famuli nymphęqꝫ tenebāt. Genſqꝫ viruz trūcis ⁊ duro ro-
bore nata Quis neqꝫ mos. neqꝫ cultus erat nec iūgere tauros
Aut componere opes norāt. aut parcere parto Sed rami at-
qꝫ aſꝑ victu venat⁹ alebat ¶ Ante chartę et mēbranaꝝ vſum
Charta ꝑ ch aſpiratū ſcribit et ſignificat papyꝝ. Hęc primū i
ęgypto apd mēphiticā vrbez īuenta ē. fiebatqꝫ ex frutice qui
naſcit in paludib⁹ ęgypti ⁊ papyꝝ neutro gn̄e ſiue feminīo pa-
pyrus vocat. vn̄ ⁊ charta ipa papyr⁹ dicta ē. Nūc aūt fit char
ta ex linteolis ꝯtritis. ⁊ antiquū adhuc papyri nomen retinet
Charta vo ab vrbe tyri cui charta nomē fuit dicta eſt. A char
ta per diminutōem dicitur chartula. Hinc dicim⁹ chartulas lu
ſorias. quib⁹ luſores vtunt Chartalarius dicitur qui facit aut
vēditat chartulas Chartarium loc⁹ vbi chartę reponuntur
A charta etiā fiunt charteus et chartaceus adiectiua nomīa.
Auſonius Tota ſupellex vatuz piorum chartea eſt. Mēbra-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nę vocatę ſunt a tectu mēbroꝝ. ſiue ꝙ ex mēbris pecudū detra
hunt. Hę et ꝑgamenę vocātur. ꝙ a regibꝰ Pergami inuētę ſt
Hieronymꝰ noſter in ep̄l'a ad Chromatiū Jon. ⁊ Euſe. Char
tā defuiſſe nō puto egypto miniſtrante commertia Et ſi alicui
Ptolomeꝰ maria clauſiſſet. tn̄ rex Attalus mēbranas a ꝑga-
mo miſerat. vt penuria chartulę pellibꝰ pēſaret. vn̄ ꝑgamena-
ruz nomē ad hāc vſqꝫ diez tradēte ſibiijnuicē poſteritate ſerua
tuz ē. ¶ Aut in dedolatis. Dolare ꝟbū fabroꝝ eſt. et ſcat ma
terię aſperitatē cōplanare. Hinc dolabra inſtrumētuz q̄ dolat̄
Et cōpoſita dedolo et edolo eiuſdez cuz ſimplici ſcatōis ¶ Co
dicillis Codicillus ꝑuus codex Eſt aūt codex trūcus arboris
et ꝓprie ꝑs prima q̄ radici adheret Accipit̄ ꝓ libro et interduz
ꝓ ſedili. Codicillus vt ait Perottꝰ ꝓprie epiſtolā ſcat Serui
us Sulpitiꝰ in ep̄l'a ad Ciceronē Puer Acydini obuiā mihi
venit cū codicillis. Phileticꝰ ſcribit ꝙ a codex fit codiculꝰ ⁊ in
de codicillꝰ cuius ſri nūero nō vtimur. ¶ Corticibꝰ Cortex ē
veluti coriū cuiuſqꝫ rei Hinc decortico. corticē detraho Pars
corticis q̄ ligno arboris adheret. liber d̄r. Et quia ex libris ar-
boꝝ ante vſuz chartę volumina ꝯpaginabātur. libri volumīa
dicūtur. ⁊ librarij q̄ libros trāſcribūt. ¶ Miſſitabant Miſſito
frequēter mitto Eſt em̄ ꝟbū frequētatiuę formę ¶ Portito
res Proprie q̇ portat. abuſiue etiam q̇ portat̄ portitor d̄r ſicut
vector. Auctor eſt Seruiꝰ in ſextū ęnei. Donatꝰ ꝟo in eūdem
locū ſic ſcribit Portitoris ꝓprie eſt q̄ portū obſeruat. vt nullꝰ
eius iniuſſu in alienas regiones trāſeat Ut alij dicunt Porti
tor dicitur qui portoriū id eſt portꝰ vectigal recipit. Tabellari
us dicitur portitor literaꝝ ꝙ hę quondā in tabellis ſcribeban-
tur ¶ Scriptores Scriptor mō dicitur qui libros tranſcribit
Horatiꝰ in arte Ut ſcriptor ſi peccat idem librariꝰ vſqꝫ. modo

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

auctor opis Idē Scriptor honoratū ſi forte reponis Achillē
Propti⁹ Cedite romani ſcriptores. cedite graij Et in hoc ſig
nificatu ſepi⁹ vſurpātur. ¶ Quāto igitur nos quāto ſubaudi
magis. Id puta literariū officiū ¶ Cruda ruſticitas. Crud⁹
modo dicitur recēs atqꝫ acerb⁹ vt crudū vulnus. Nō nō coc-
tus. nō matur⁹. vt crudę carnes. cruda poma. Itē crudi cibi. q̇
indigeſti et nōdum concocti ſunt. Et crud⁹ homo. cui⁹ ſtoma-
ch⁹ cibo offendit. ꝙ nō facile cōcoquat. Crud⁹ etiā homo ap-
pellat q̇ truci aſpectu ē. ꝙ ita eo oculi noſtri offendunt. vt ſto-
machus cibi cruditate. vel ꝙ facies crudū hn̄tis animū aſpe
ra et foeda eſt. vt facies crudū cibū hn̄tis in ſtomacho. Cru
da ergo ruſticitas dr̄. nullo moꝝ cultu maturata. ſiue truci aſ-
pectu immitis et torua ¶ Humanitatē Humanitas aliquādo
dicitur eruditio atqꝫ inſtitutio in bonas artes. Hinc ſtudia hu
manitatis dicta ſt̄. Aliqn̄ facilitatē quandā ⁊ tractabilitatē
beneuolentiāqꝫ inter oēs fcat. Utrolibet modo hic accipere
potes A philoſophis āt hūanitas dicit hois forma ſiue eſſen-
tia ¶ Germano. germani vt ait Uarro dicūtur q̇ ex eadē ge-
nitrice nati ſt̄. germani etiā dicti ſunt teutones ꝙ viſi ſt̄ gal-
loꝝ eſſe fratres ¶ Literario me ꝓuocauit officio. honeſta ora
tio qua ſignificat ſe ad literarū ſcribēdaꝝ dulce cōmertiū ab
amicis ꝓuocatū ¶ Scindis poti⁹ qꝫ diſſuis. Scindere amici
tiā dr̄. qui cito ⁊ quaſi violenter incohatā amicitiā abrumpit
Diſſuere vo eā fert. q̇ paulatī remiſſiōe vſus illā leuat atqꝫ
extenuat. ſumpta trāſlatōe a ſutilib⁹ veſtimētis. q̄ vtili⁹ diſſu-
untur qꝫ ſcindūtur ¶ Apud Ciceronē Lęli⁹ vetat. Extat e-
legās ⁊ optimis p̄ceptis refert⁹ M. Tullij de amicicia dialog⁹
qui Lęlius inſcribit. eo ꝙ ibi Lęli⁹ de amicitia diſputās induci
tur. qui inter cętera de amicitijs bono viro diſplicētib⁹ ſic p̄ci-

pit. Tales igitur amicitię ſunt remiſſione vſus leuandę. et (vt Catonē dicere audiui) diſſuendę mag⁹ q̄ʒ diſſcindendę ſunt ¶ Niſi forte tibi ita exoſus eſt oriēs. Noue protulit exoſus in paſſiua ſ̄catōe. q̄d in actiua vſurpari ſolet Vergili⁹ in quinto Juppiter oīpotens ſi nōduʒ exoſus ad vnū Troianos. Oui. Illa velut crimē tedas exoſa iugales Eſt aūt exoſus ꝑticipiū compoſitū ab oſus. ſicut ⁊ poſus. fit aūt oſus ab odi vt auctor eſt Priſcianus Serui⁹ auteʒ ſuper q̄ntuʒ Vergilij ſic ſcribit Antiq̄ dicebāt odi ⁊ oſus ſuʒ. hinc exoſus nūc nomē in vſu eſt ꝟbo nō vtimur ¶ Schedulā. Scheda foliū chartę ſiue papyri nōduʒ ꝯpactū Quintilianus Nā q̄ oēs etiā idignas lectiōe ſchedas excutit. anilibus quoqȝ fabulis accōmodare operā pt Quidaʒ detracta aſpiratiōe ſceda ſcribunt. ꝑ diminutionē dr ſcedula hieronym⁹ noſter in epitaphio Nepotiani Nepotianus noſter auꝝ calcās ſcedulas cōſectat̄. ¶ Irat⁹ licet. i. q̄ʒuis iratus. vel indignātis vl' hic diminutioneʒ ſignificat Sic Lucanus li. vij. O felix ſi te vel ſic tua Roma videret

¶ In eandem diui hieronymi epiſtolaʒ Commētariolus ſecundus

Hjeronym⁹ p̄ſbyter Nicię Aquileiēſis eccl'ię hypodiacono. ſ. dicit ¶ hic attēde quiſq̄s elegāt̄ cōficere epl'as cupis. literaꝝ fere initiū trifariā cōſtitui ſolere. Primo in hūc modū Joānes Murmelli⁹ Ruremūdenſ̄ Ludolpho Metelenio bonaꝝ artiū mḡro ſaluteʒ plurimā dt Precipiūt eñi artium doctores. et veteꝝ vſus auctoritaſqȝ ꝯprobat vt nomen ſcribentis preponatur eius noī ad quem ſcribit̄ Etiā ſi homo infim⁹ ad regē vl' pontificē maximum ſcribat Eccleſiaſtici tū ſcriptores interduʒ arrogantię vitādę grā ſuum nomē poſtpo

nūt nomini eiꝰ queꝫ literis ſalutāt. vt Beatiſſimo papę The
ophilo Hieronymꝰ ſalutē Dn̄o illuſtri et merito inſigni et p̄ſ-
tātiſſimo filio Voluſiano Auguſtinꝰ in dn̄o ſalutē. Cauen-
duꝫ āt eſt ne plurali nūero ſalutes declinemꝰ: neue affectatis ꝓ
ſalute vtamur ineptijs. quēadmodū barbari ſolēt. Sane ni-
hil vel ſummis viris meliꝰ ꝙ ſalutē optare poſſumꝰ Scđo no
mīe noſtro ꝑtermiſſo ſic incipimꝰ Salue Ludolphe amatiſſi-
me Salue vir humaniſſime. Salue mi frater dulciſſime Ple
rūqꝫ etiam in hęc v̄ba auſpicamur. Si vales bn̄ eſt. ego quidē
valeo Si primo mō inchoaueris. nō opꝰ eſt niſi in argumētuꝫ
hūanitatis aliquid tale ſubſcribere Idē tibi deditiſſimꝰ diens
Idē tui amātiſſimꝰ alumnus Joānes ideꝫ vt ſupra totus tuꝰ
Quod ſi aliter ſumpſeris initium. nomē tuuꝫ ſubſcribendū ē
vt is qui literas acceperit. vnde profectę ſunt: non ignoret.
¶ Turpiliꝰ comicus tractās de viciſſitudine literaꝝ. Epiſto-
la (quas lr̄as appellitamus) eſt quaſi certa q̄daꝫ nuncia nr̄aꝝ
reꝝ interdū alienaꝝ. et fida interpres mētis noſtrę. Cui q̄ vo
lumꝰ. partiꝫ nr̄o noīe. ꝑtim alioꝝ. abſentibꝰ f̄care. ꝯmittimus
Epl'aꝝ vtilitas maxīa eſt. ſumma iucunditas; vis ⁊ facultas
egregia. His em̄ abſentes quaſi pn̄tes alloq̄mur. his amicos
ꝯciliamꝰ. amicitiā inchoatā ꝯfirmamꝰ. cuꝫ iratꝭ recōciliamur:
cū hoſtibꝰ deniqꝫ pacamur. Vn̄ inquit Herois ouidiana His
arcana notis terra pelagoqꝫ feruntur Inſpicit acceptas hoſ-
tis ab hoſte notas. Epiſtolare officiuꝫ (vt ad Marcellam ſcri
bit noſter Hieronymus) eſt de re familiari. aut de quotidiana
cōuerſatōe aliquid ſcribere. et quodāmodo abſentes interduꝫ
pn̄tes fieri. mutuoqꝫ q̇d aut velīt. aut q̇d geſtuꝫ ſit nūciare licꝫ
interdū ꝯfabulatōis tale ꝯuiuiuꝫ doctrinę q̄qꝫ ſale condiatur
¶ Epiſtolaꝝ gn̄a tria ſunt potiſſima. vt Cicero ad Curionē

ſcribit.ſ; vnū illud certiſſimuz cuiꝰ cā res ipſa īuenta ē. vt certi
ores faceremꝰ abſentes. ſi qd eſſet qd eos ſcire aut nrā aut ipſo
ruz intereſſet Alteꝝ familiare et iocoſuz. Tertiū ſeueꝝ et gra
ue Nicolaus vo Perottꝰ de epl'arum gnībus in grāmaticis
ſuis ſic inqt Epl'aꝝ gnā multa ſunt Alię eni ſunt dūtaxat de
rebus diuinis. vt ſunt Platōis epl'ę ad Dionyſium. ⁊ in reli-
gione nrā Petri et Pauli et Jacobi et Joānis epl'ę Alię ſt;
de moribus vt epl'ę Senecę. epiſtolę Aurelij Auguſtini Hie
ronymi Ambroſij Cypriani et alioꝝ quę multa etiā de rebus
diuinis cōtinēt. Alię ſunt de rebꝰ que qtidie accidūt tū ſeuerꝫ
⁊ grauibꝰ. vtpote q vel belli. vel pacis tpe. aut ex caſtris ad vr-
bē. aut ex vrbe in exercitū ſcribuntur. fere ſimiles hiſtorię Alię
q de rebꝰ nouis qualeſcūqȝ acciderit. certiores faciūt abſentes
Alię cōſolatorię. vt ſi vel propinqui alicuius. vel amici mors
aut calamitas interuenerit. Alię ꝯmēdatorię. vt cū amicū ali-
quez l' familiarē aut alioquin notū ſiue ignotuz literis ꝯmen-
damꝰ. Alię hortatorię. vt cū filios. affines. familiares. diſcipu
los. principes. aut quoſuis alios. ad mores ad ſtudia. ad laudē
ad decꝰ. ad gloriā. cohortamur. Alię amatorię. q magꝫ poetaꝝ
ſunt. vt ſunt epiſtolę Naſonis. Tibulli. Propertij ceterorūqȝ
hmōi Alię de rebus familiaribus atqȝ domeſticis. vt de pdijs
pecore. vino. frumēto. ſeruis. et reliqs id genꝰ. Alię poſtremo
iocoſę q dūtaxat animi grā ſcribūtur vt cū deficiēte etiā mate
ria ſcribit quiſqd in buccā venit Ad hęc cetera vo oīa. ſi q ſint
epiſtolaꝝ gnā. reduci pnt. Hec Perottꝰ Cuius etiam de ſtylo
epiſtolari pręceptum in primis obſeruāduz eſt vt ſcilicet inferi
or ſit et quaſi familior. qȝ cuz vel orationes vl' hiſtorias ſcribi-
mus. et tamen ſit ſubiectę materię cōueniens. Nam ſicut in ce
teris tres ſunt dicendi characteres. āplus. medius et infimus

Ita etiā epiſtolę tres ſuos characteres hn̄t. ab illis tamen di-
uerſos. hoc eſt inferiores Nā qui in alijs mediocris eſt. hic eſt
ſummus. qui in alijs infimus. hic mediocris Infimꝰ vero in e-
piſtolis (quo dicēdi genere in familiaribus vtimur) erit ab in-
fimo illo ōnino diuerſus. hoc eſt leuis. facilis. ꝟbis quottidia-
nis et quaſi ꝟnaculis ꝯtextꝰ. in quo nihil tn̄ barbaꝝ ſit aut in-
eptum Amplo igit̄ illo atqꝫ ſublimi vtemur. cū de rebus altis
atqꝫ diuinis epl'as ſcribemꝰ. vt Plato facit. Mediocri. cuȝ de
moribꝰ. de rebus geſtis. de bello, de pace. de cōſilio capiēdo. aut
rebꝰ alijs ſeueris ⁊ grauibꝰ tractabimus Infimo. cum materia
erit de rebus familiaribꝰ atqꝫ iocoſis. Idem Perottus p̄cipit
obſeruādū vt epl'ę. quoad eiꝰ fieri p̄t. breues ſint. Propria eīn
et quaſi peculiaris epl'aꝝ eſt breuitas Cauēdum tn̄. ne nimio
breuitatꝫ ſtudio ſqualēs et ieiuna et ꝯciſa ac plane ſicca fiat orō
qualis eſt Annei Senecę a cuius lcōne adoleſcētes ōnino a-
uertēdi ſunt. ne p̄uū ac vitioſum dicēdi modū inbibāt. Quāqꝫ
paulo poſt quaſi iactis iā fundamētis ideȝ auctor ſummo ſtu-
dio legēdus ſit. in q̊ magnę alioquin ꝟtutes fuerūt. multū in-
genij. plurimū eruditōis. cuȝ p̄ſertiȝ ſit vicioꝝ diligētiſſimꝰ in-
ſectator. Hactenꝰ Perottꝰ. ſed euſdē adhuc alia p̄cepta ſubij-
ciā cognitu vtiliſſima ¶ Hic itaqꝫ modꝰ in epl'is ſeruat̄. vt ꝟ-
bū freq̄nter ī fine clauſulę colloces. hoc mō. Ego te ꝯmendare
nō ceſſo. quod lōge pulchriꝰ eſt. q̄ȝ ſi diceret̄. Ego non ceſſo te
ꝯmendare. ⁊ ſpē maximā habeo. potiꝰ q̄ȝ habeo maximā ſpem
Interdū tamen in medio ponit̄. vt ſpem habeo maximā Int-
duȝ in principio. vt Scripſit ad me Cęſar. in quo et imitatiōi
attendēdum et auribꝰ conſulēdum eſt. Dari eīn alioq̄n certa
regula nō p̄t ¶ Circūlocutiōibus quas gręci periphraſes vo-
cāt raro vtēduȝ eſt in epl'is. Fugiēda ſunt etiā ꝟba noua: affec

tata: dura et obſoleta Structura quoqꝫ ipſa facilis eſſe debet
et minime implicita. vt ad man⁹ parati ſenſus eſſe videantur
¶ Sepe etiā vtēdum artificio ē vt q̇d cupis abſenti ꝑſuade-
as. Adhibenda exordia ſunt. q̇bus animuꝫ prepares legentis
Adhibēde ratōes q̇bus ꝑmoueas. Vtendū eſt interim cōfir-
matōe. ꝯfutatōe. diuiſione. excitādi ſunt affectus. ⁊ reliqua fa-
ciēda. q̄ etiam orō exigeret. Sed hoc nō in oībus epl'is facien-
dū: ſed vbi ſuadendū aliq̇d aut diſſuadēduꝫ eſt. ⁊ p̄ceptū illud
quod ſup̄ de characteribus dixim⁹. obſeruādum. vt etiā artifi-
cio dicendi īferiores ſint orationibus epl'e. Et eo artificio cō-
ponēde ſunt. vt nullū in his artificiuꝫ eſſe videatur. ¶ Circa
hec Perotti precepta admonēduꝫ te puto duos potiſſimum
in epiſtolica ſcriptōe ōniuꝫ doctoꝝ cōſenſu principes tibi eſſe i-
mitādos. M. Tulliū Ciceronem et Caium Plyniuꝫ Secū-
dū. Quoꝝ alter (vt Philippi Beroaldi clariſſimi Oratoris
ꝟbis vtar) dulcis. cādidus. copioſus. Alter florid⁹ breuis ſuc-
culētus. Ille ex vbertate Romana latius euagat̄. Hic ex bre-
uitate laconica concludit aſtrictius. Illi nihil addi. huic nihil
demi poteſt Ille. verbis vberior. Hic ſententijs denſior Illi
plus facūdie huic plus nitoris In illo plus nature. in hoc pl⁹
cure. Illum illaborata hunc perpenſa. examinata. meditata
condecorāt Hoꝝ itaqꝫ alteꝝ imitare. ſed in imitādo caue nimi-
um ſolicitus ſis et anxius. ita vt vndiqꝫ clauſulas ⁊ orationes
corroges. et epl'am quaſi fruſtulatiꝫ mēdices. quēadmodū fe-
runt de homerici hiri palliaſtro ex innumeris fruſtulamentis
conſuto. Quin poti⁹ cuꝫ elegātiſſimos auctores multuꝫ diuqꝫ
legeris. ꝯtriueris. edidiceris. ꝯcoxeris. et reꝝ multaꝝ cognitōe
pectus impleueris. a te aliquid ꝓme. tibiqꝫ nō nihil confide. et
(quod d̄r) ſine cortice nata. Sic ſane ſcribēda acutius īuenies

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

aptius diſpones. promptius eloqueris. Nam vt bene currere
non pt̄. qui pedē ponere ſtudet in alienis tm̄ veſtigijs. ita nec
bene ſcribere. qui tanq̄ꝫ de pſcripto nō audet egredi ¶ Turpi/
li⁹ comicus Animaduertendū eſt non mō in orōnibus. veruꝫ
etiam in epiſtolis poetaꝝ inſeri v̄ſus ſumma (vt ait Fabius)
nō eruditōis mō grā. ſed etiā iucūditatis Jd videre licꝫ in epiſ/
tol̄ Tullij Plinij Hieronymi Seneç et alioꝝ Qd̄ aūt ex ſe
pfert epl̄ę ſcriptor. ſoluta prorſus orōne et a metro maxime a/
liena cōſtituenduꝫ eſt. licꝫ Marſilius Ficin⁹ aliter ſentiat Ve
rum noti poetaꝝ v̄ſiculi cū ſumma elegantia inſerūtur. pluri/
mūq̄ꝫ legentem ſua authoritate pmouēt et afficiūt Quocirca
ſtudioſe adueſcēs diligēter floruletos et ſnīa claros verſus ex
latiniſſimis poetarū viridarijs excerpe maxime ex amenis co
micoꝝ et lyricoꝝ pratis Collige etiā ex ſatyrographis q̄ ad vi/
tā faciūt luculēta p̄cepta Philoſophoꝝ p̄terea et ſapientum
ac illuſtriū virorum ſnīas ac dicteria ex Laertio Plutarcho
Ualerio Seneca Cicerone Gellio Macrobio et id gen⁹ reli/
quis ſcriptorib⁹ conq̇re. vt cū opus fuerit in promptu habeas
et ad epiſtolę vſuꝫ cōuertas Poſtremo vetera et pbata ada/
gia nō paꝝ in ſe fructus hn̄t. et a doctis frequēter lr̄is accōmo
dātur Symmach⁹. Uetus ſnīa eſt·artes honore nutriri Se
neca Sera parſimonia eſt in fundo Cicero Jn equo troiano
ſcis eſſe in extremo. ſero ſapiunt. ¶ Ut ita dicā Parentheſis
figura crebro in epiſtolis vſurpat̄. et fit duꝫ cōtinuatōi ſermo/
nis medius aliq̇s ſenſus interuenit. vt Aeneas (neq̄ꝫ em̄ pa/
trius cōſiſtere menteꝫ Paſſus amor) rapidū ad naues p̄mit/
tit achatē Latine dicit̄ interpoſitio vel intercluſio Cauēdum
auteꝫ eſt. ne nimis prolixa aut inepta fiat interpoſitio. ſed ea q̄
ſenſui optime quadret. et vel animū lectoris nobis cōciliet. vel

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

authorem excuſet Vñ ſepe interſerimus has et ſimiles clauſu-
las vt ita dicaꝫ. vt ita loquar. vt ſpero. Si bene memini: ni fal-
lor. quod optime noſti. vt veꝝ fatear. vt vetus eſt ꝓuerbium
ſi dijs placet. ſicut Ariſtoteles ſentit Parētheſi p̄terea opti-
me vtimur. cū rem aliquā nouo aut barbaro et vulgari voca-
bulo ſ̄care cogimur. vt bellica tormēta (quas bombardas vo-
cant) germani inuenerūt Soror mea lineas duas veſtes (que
vulgo camiſię vocāt̄) mihi dono miſit Rogo vt vas noſtratꝭ
potionis (quā vulgari vocabulo keutam nominitamꝰ) ad me
ꝙ̄primuꝫ mitti cures Oro te. ne vaſculū eo piſciculo (q̊d allec
appellare ſolemꝰ) refertū huc graueris tranſmittere. Sic em̄
honeſte loquētes eruditōem p̄ nobis ferimꝰ. et is cui ſcribimꝰ
quid velimꝰ aperte intelligit. ꝙ niſi ſic loqueremur. ſententiam
ex verbis noſtris rectā fortaſſe nō colligeret ¶ Et alloq̇ et au-
dire. Et pleꝝꝗ elegāter geminat̄ Cicero Nā mihi et ſcriptuꝫ
et nūciatuꝫ eſt te in febriꝫ ſubito incidiſſe Idē Et lōguꝫ eſt iter
⁊ non tutuꝫ Plyniꝰ Quē ſingulariter et miror et diligo Ver-
gilius Iouiſꝗ. Et ſoror ⁊ cōiunx. ſic etiā gemināt̄ honeſte tuꝫ
partiꝫ. vel. aut. nec. neꝗ et id genꝰ reliqua ¶ Quos diligas a-
mare vt ſcribit Noniꝰ vim habꝫ maiorē Diligere leuiꝰ, amare
Cicero ad Brutū Sic igit̄ facies. et me aut amabis. aut quo
ꝯtentus ſum. diliges Hic etiā animaduerte v̄buꝫ pleꝝꝗ elegā-
ter in fine collocari. añ ipm̄ ꝓxime aduerbium. deiñ ſuppoſitū
ab obliquo caſu pulchre orōneꝫ inchoari. vt Numātiam Ro-
mani funditꝰ deleuerūt Carthagineꝫ Scipio fortiter expug-
nauit. ¶ Nā et rudes illi italię hoīes. Circa hāc orōnem vide
nomē adiectm̄ elegāter ſubſtātiuo añponi Cicero Magnā vo-
luptatē ex tuis literis cepi Plynius Vita hoīꝫ altos receſſus
magnaſꝗ latebras hꝫ. Idē. Scio quātoꝑe bonis artibus fa-

ueas. q̃ tuʒ gaudij capi.as. ſi nobiles iuuenes dignuʒ aliq̄d ma-
ioribus ſuis faciant. ¶ Rudes illi. Ille nōnunq̄ꝫ inſigne aliq̄d
denotat quod omnes noſſe debeāt. vt Alexander ille magnus
Ulyſſes ille homericus Sinon ille Uergilianus Sic quoqꝫ
hic accipitur cū dr̄ Rudes illi italię homines. ¶ Sed nec hoc
p̄tereūduʒ puto. q̄ inter adiectiuū ⁊ ſubſtantiuū ſępe cū elegā-
tia aliquid interponit̄. vt hic gtūs italię. Sic dicim᷒. ſingula-
ris petri humanitas Incredibilis Tullij eloq̄ntia Nōnun-
q̄ꝫ interponit̄ prepoſitio cū ſuo caſu vt ſumma tua erga me be-
neuolētia Eximius meus erga te amor ¶ Ritu ferino Elegā-
tius loq̄mur ꝑ noīa poſſeſſiua. q̃ꝫ ꝑ gt̄os primitiuoꝝ. vt Euan-
dri᷒ enſ̄ melius dr̄. q̃ꝫ enſ̄ Euādri. patrię ꝟtutes meli᷒ q̃ꝫ virtu-
tes p̄ris Uergilianū carmē ſuaui᷒ q̃ꝫ carmē Uergilij Sic et
ꝭ loco honeſti᷒ dr̄. ritu ferīo q̃ꝫ ritu feraꝝ ¶ Miſſitabāt Uer-
ba frequētatię formę intōū cū ꝟcatōis grā vſurpāt̄ vt miſſito
dictito. vēdito Euripedis mat̄ holera vēditaſſe fert̄ ¶ Omit-
tere drn̄t omittere ⁊ intmittere. q̄ omittere eſt penit᷒ ⁊ om̄ino
dimittere Horatius Quem ſua culpa p̄mit decept᷒ omittet ti-
eri. Intermittere eſt ad tp̄s dimittere Baptiſta Intermiſit i-
ter donec miteſceret ęſt᷒ Hic aīaduerte q̄ volenti lrātas ſcribe-
re lrās tenēdę ſunt diligenter dictionū orōnuʒqꝫ drn̄ę. ꝓprieta-
tes et elegātię. quāobrem inprimis lectitādi ſunt libri elegātia-
ruʒ Laurētij Uallēſis latinę linguę inſtauratoris. aut eius e-
pitome per Antoniū Mācinelluʒ veriſſime digeſta. q̇ elegātię
port᷒ inſcribit̄ ¶ Tu mō a nobis abiēs Ridicul᷒ et iaʒ ferce ex
om̄i lrārio exploſus ludo ē error illoꝝ. q̇ ad vnuʒ ſcribentes aſ-
ſentatiōis grā pl'i nūero vtūtur. ſic em̄ non (vt ipſi putāt) ho-
norāt quempiā ſed magis defamāt ⁊ eius diminuūt dignitatē
De nobis aūt ipſi loquētes pl'i nūero vti poſſum᷒ vel ſingula

ni. Super qua relatiꝰ vide Perottū in aureolo libro de epl'is ꝯficiēdis et Chriſtophoꝝ lādinū in epiſtolā Horatij ad Auguſtuꝫ ¶ Expergiſcere. expergiſcere Epizeuſis figura q̄ ⁊ epimone dicitur. hęc eſt eiuſdeꝫ dictionis ſine aliqua dilatione geminatio cum impetu pronunciationis ¶ Vale Vale ſalutatio eſt recedentis. et in calce literarum poni ſolet. vt ſalue et aue venientis ſunt. quamuis nonnunq̄ꝫ etiam ſalue in deceſſu hoc eſt in calce epiſtolaꝝ reperiamus Cicero Vale mi Tiro vale. vale et ſalue Preterea non eſt apud latinos aliud v̄bum quo adeunti nos reſpondeamus q̄ꝫ ſalue Solent et huiuſmōi orationes in calce epiſtolarum poni Valitudinem tuaꝫ cura diligēter. Cura vt valeas. Cura te ſi me amas diligēter Vale et me vt ſoles ama Etiam atqꝫ etiam vale Cicero cura mi Tiro vt valeas. hoc mihi gratiꝰ facere nihil potes. Idē Ama nos et vale. Ideꝫ Tu etiam atqꝫ etiaꝫ cura vt valeas. literaſq̄ꝫ ad me mittas. quotienſcunqꝫ habebis cui des Etiam atqꝫ etiam vale Ponetur deinde Datum vel data datę. quod et ſubintelligi poteſt. Inde locus inde epiſtola mittitur in genitiuo vel ablatiuo. vt Romę Venetijs Louanij aut in ablatiuo cum p̄poſitione ex. vt ex vrbe Romana. aut in accuſatiuo cum apud vt apud Coloniam agrippinenſem. Subijciatur deinde dies certus vel more noſtrę religionis. vel more veteꝝ per calendas nonas et idus. vt te docebit Perottus Joannes Sulpitius Auguſtinꝰ ſenenſis. vel Antoniꝰ mācinellus Poſtremo addat̄ numerꝰ ānoꝝ chriānę ſalutis Vbi v̄o lr̄as complicaueris obſignaueriſqꝫ illiꝰ nomen ad quē literę ipſę p̄ferendę ſunt huiuſcemodi verbis extra notabitur Ludolpho Metelenio philoſophię profeſſori clariſſimo. meoqꝫ amico ſingulari hę reddāt̄ lr̄ę Poteſt et v̄buꝫ cum ſuppoſito ſubaudiri

Poteſt etiā ſuo ꝑ meo poni. vt referat ad id quod intus eſt, ſalutē dt. Poteſt itē loco datiui poni accuſatiu⁹ cum ꝑpoſitione ad. vt ad Ludolphū et cetera Poſtremo. ſi opus eſſe videbitur ſubnotādus eſt locus quo literę ſunt perferendę. quod ꝛ vulgari lingua fieri poteſt. vt literę certius reddantur.

¶ Hęc habui. qbus circa hāc diui Hieronymi epiſtolā te admonerē ꝗſquis bonaꝝ artium ſtudio operaris His cognitis ad vberiores libros te confer. et ſtylum frequenti vſu exerce. plus enim imitatio ꝙ̄ precepta te iuuabunt

¶ Finis ſecundi commentarioli

¶ Ex nonnullis diui Hieronymi epiſtolis ad Puerorū vſum ab Joāne Murmellio fideliter ſelectę Orōnes.

Mihi credite. venenum ſub melle latet

¶ Vt ait gentilis poeta Celum non animum mutat qui trans mare currit

¶ Horatius in epiſtola ad Bullatium Celum. non animum mutant. qui trans mare currunt

¶ Nos dum poenitentiā agimus. facili⁹ veniā ꝓmeremur

¶ Qui loqui neſcit. diſcat aliquando reticere

¶ Plura dictare volueram. ſi non epiſtolaris breuitas pudorem nobis tacendi imponeret

¶ Noua ſtropha eludere cupiunt veritatem

¶ Stropha doloſa excuſatio Plynius iunior Hic ego aliquam ſtropham inueniam. Hoc vocabulo frequenter vtitur Hieronymus noſter

¶ Lucretius

Ac veluti pueris abſinthia tetra medentes
Cum dare conantur. prius oras pocula circum
Contingunt dulci mellis flauoqꝫ liquore

¶ Lucretius in primo de rerum natura.

Sed veluti pueris abſinthia tetra medentes
Qui dare conantur prius oras pocula circum
Contingunt mellis dulci flauoqꝫ liquore
Vt puerorum etas inprouida ludificetur
Labrorum tenus. interea perpotet amarum
Abſinthi laticem. deceptaqꝫ non capiatur
Sed potius tali facto recreata valeſcat

¶ Nec fieri poteſt. vt diuerſus ſit eorum exitus. quorum eſt vna ſententia.

Que em̄ ē vita nr̄a. aura ē em̄ ſiue vapor paululū apparens

¶ Vetus ꝓuerbiū eſt. Hō bulla. ⁊ horatius ait Puluis et vmbra ſumus.

¶ Feruet animus. nec poſſum verba cohibere

¶ Epiſtolaris āguſtia nō patitur longi opis magnitudinem

¶ Neqꝫ enim a me librum ſed epiſtolam flagitaſti

¶ Quod bellum ſeruauit. pax ficta non auferat

¶ Expoſita ad nauigandum vela crebrior exhortationis tue aura compleuit

¶ Ab ipſis (vt ita dicā) cunabul' catholico ſumꝰ lacte nutriti.

¶ Queſo te. vt patienter me audias. nec veritatē adulatōē (putes.

¶ Antiqua ſentētia eſt. Quem metuit quiſqꝫ odit quem odit periſſe cupit

¶ Tullius in ſecundo libro officialium Preclare Ennius Quem metuūt oderunt quem quiſqꝫ odit. periſſe expetit

¶ Cito indignatur libertas. ſi opprimitur. Nemo plus impetrat a libero. qꝫ qui ſeruire non cogit

¶ Et lectione et quottidianis exemplis vſqꝫ ad hanc etatem multa didicimus. multa experti ſumus

¶ Certe Romanus populus ne in rege quidem ſuꝑbiā tulit

¶ Epiſtola cogit me breuius loqui. dolor longius

¶ Fides pura et apta nō querit ſtrophas et argumēta ꝟborū

¶ Cunctarum virtutum mater eſt charitas

Optime em̄ noſti iuxta veterē ſniām. nō eſſe triſtē eloqntiā

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

maxime ſi ad egritudinem animi accedat corporis egritudo

¶ Ouidius Carmina letum Sunt opus et pacem mentis habere volūt.

¶ In his laudare vereor. ne aſſentandi crimen incurram

¶ Nec bonis aduerſariorum ſi honeſtum quid habuerint detrahendum eſt. nec amicorum laudanda ſunt vitia. et vnumquodqꝫ nō perſonarum ſed rerum pondere iudicandum eſt

¶ Scd̄a poſt naufragium tabula eſt culpā ſimplicit̄ confiteri

¶ Imitati eſtis errantem. imitamini et correctum

¶ Errauĭmus iuuenes. emendemur et ſenes

¶ Nec venena iam metuam. cum antidotum prebibero

¶ Aiunt et medici grandes morbos non eſſe curandos. ſed dimittendos nature. ne medela langorem exaſperet

¶ Interdum magnus dormitat Homerus. Uerum operi longo fas eſt obrepere ſomnum

¶ Horatius in arte poetica Quandoqꝫ bonus dormitat Homerus Uerum operi longo fas eſt obrepere ſomnum

¶ Nō imitemur eius vitia. cuius ꝟtutes nō poſſumus ſequi

¶ Uera amicitia quod ſentit. diſſimulare non debet

¶ Abſit a me. vt quod reprehendo in te imiter

¶ Peccantium multitudo non parit errori patrocinium

¶ Hec apud te amice potius expoſtulare volui. qꝫ laceſſitus publice deſeuire. vt animaduertas me reconciliatas amicitias pure colere et non iuxta Plautinam ſententiaꝫ. altera manu lapidem tenere. panem offerre altera

¶ Olim pueri legimus. intemperantis eſſe arbitror ſcribere quicqꝫ que occultari velis

¶ Sub amici nomine inimici inſidias deprehendi

¶ Simplicitatē obtēdere nō pt. in q̊ artifex dep̄hēdit̄ malicia

¶ Tullius in commentarijs cauſarum pro T. Annio Ego inquit cum omnes amicitias tuendas ſemper putaui. tamen

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

eas maxime. que eſſent ex inimicitijs reuocate in gratiam
¶ Flaccus in epiſtola quam ſcribit ad Florum Male ait ſarta
gratia nequicq̃ꝫ coit et reſtringitur
¶ Neqꝫ enim omnia in locis omnibus diſſerenda ſunt
¶ Dura vtraqꝫ conditio. ſed e duobꝰ eligam quod leuius eſt
¶ Qñ ſine noīe ꝯtra vitia ſcribit̃. q̇ iraſcit̃. accuſator ſui eſt
Prudentis hominis eſt etiam ſi doleat. diſſimulare conſcien-
tiam et cordis nubilum frontis ſerenitate diſcutere
¶ Vergilius de Aenea Spem vultu ſimulat. premit altum corde dolorē
¶ Nauem agere ignarus nauis timet. abrotanum egro non
audet niſi qui didicit dare. quod medicorum eſt
Promittunt medici. tractant fabrilia fabri
Scribimus indocti doctiqꝫ poemata paſſim
¶ Horatius auctor eſt in ſecundo epiſtolarum libro
¶ Litere marſupium non ſequuntur. ſudoris comites ſunt et
laboris. ſocię ieiunioꝝ non ſaturitatis. continentię non luxurię
Demoſthenes plus olei quam vini expendiſſe dicitur. et om-
nes opifices nocturnis ſemper vigilijs preueniſſe.
¶ Quidam ineruditi prudenter remanent. dum nolunt diſce-
re quod ignorant. nec Horatium audiunt commonentē Cur
neſcire pudens praue quam diſcere malo
¶ Horatius in arte poetica
¶ Si lrãs didiciſſes. oleret teſta ingenioli tui. quo ſemel fuiſſꝫ
imbuta Lanaꝝ cõchylia nullę aquę diluũt Etiã aſini ⁊ bruta
animalia quãuis in lõgo itinere nouerunt ſecundo diuerticula
¶ Quanti in ſomnis diuites apti oculis repente medici ſunt
Sitientes flumina bibunt. ⁊ experrecti ſi ci s faucibus ęſtuãt
¶ Caue queſo. ne per trabem tuam feſtucam meam videas
¶ Quid tibi prodeſt apud notos pariter et ignotos in nos
maledicta congerere

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Sup̄fluum puto apertas ineptias confutare
¶ Quo non perueniat ſemel effrenata temeritas
¶ Ex pomoꝝ dulcedine generoſi ſeminis arbor agnoſcitur
¶ Quia in ore duoꝝ vel triū ſtat omne verbum. vnicuiq; teſti neq; Catoni credendum eſt
¶ Bene q̄ malicia non habet tātas vires. quantos conatus
¶ Periret innocentia. ſi ſemper neq̄cie cuncta eſſet ſapientia et totum quicquid cupit calumnia. preualeret
¶ O labores hominum ſemper incerti. o mortalium ſtudia contrarios interdum fines habentia
¶ Leuius eſt profeſſum inimicum cauere. q̄ʒ hoſtem latentē ſub amici nomine ſuſtinere
¶ Qui mendacij alterum criminaris. deſinas ipſe mentiri
¶ Quis enim eum non timeat. qui eſt paratus occidere
¶ Quis talis ac tantus eſt vt audeat cum Croeſo et Dario pugnare diuitijs
¶ Ex quo apparet iuxta indyti oratoris elogium te voluntatem habere mentiendi. artem fingendi non habere
¶ Oblit⁹ es veteris p̄uerbij. mendaces memores eſſe debere
¶ Caueas in alteꝝ dicere. quicquid in te ſtatim retorqueri p̄t
¶ Quo non erumpit ſemel effrenata audacia
¶ Magiſtrorum enim non vitia imitanda ſunt. ſed virtutes.
¶ Peccare em̄ hominis eſt. inſidias tendere diaboli eſt
¶ Fugāda ſunt om̄ibus modis et abſcindenda. Lāgor a corpore. imperitia ab animo. luxuria a vētre. a ciuitate ſeditio. a domo diſcordia et in cōmune a cunctis rebus intemperantia.
¶ Hec ſunt Pythagorica
¶ Pythagorica ⁊ illa p̄cepta ſunt. Amicoꝝ om̄ia eſſe cōmunia. et amicum ſeip̄m eſſe alteꝝ. duorumq; temporum q̄ʒ maxi

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

me habendam curam. mane et veſperi. eorum que acturi ſumꝰ et eorum que geſſerimus poſt deum veritatem colendam. que ſola homines deo proximos facit.

¶ Cum dixeris quod vis. audies et quod non vis

¶ Qui nitit̃ mēdacio. paſcit ventos. et ſequitur aues volãtes

¶ Si pacem deſyderas. arma depone

¶ Operis mei eſt et ſtudij multos legere. vt ex plurimis diuerſos flores carpam

¶ Nõ eſt eiuſdem hominis et aureos nūmos ⁊ ſcripturas ꝓbare. deguſtare vina. et prophetas vel apoſtolos intelligere

¶ Si libet exercere ingeniū. trade te grammaticis atqꝫ rhetoribus. diſce dialecticam. ſectis inſtruere philoſophorum

¶ Si riuus tenuiter fluit. non eſt aluei culpa ſed fontis.

¶ Inter micantes gladios. iacentia corpora riuos ſanguinis profluentes iunguntur ſepe hoſtiles dextrę. et belli rabieꝫ pax repentina commutat

Neſcit vox miſſa reuerti

¶ Horatius in arte poetica

¶ Eccleſiaſtica interꝑtatio etiã ſi habꝫ eloquij venuſtatē. diſſimulare eaꝫ debet ⁊ fugere vt non ocioſis philoſophoꝝ ſcholis pauciſqꝫ diſcipulis. ſed vniuerſo loquatur hominum gn̄i

¶ Eſt quippe prouerbiū. balbū melius balbi ꝟba cognoſcere.

¶ Contra quemlibet paſſim in triuijs ſtrepere. et congerere maledicta. non crimina. ſcurraꝝ eſt et paratoꝝ ſemꝑ ad lites

¶ Poſſum rn̄dere ſi velim. poſſum genuinuꝫ denteꝫ leſus infigere. Et nos didicimus literas. et nos ſepe manuꝫ ferulę ſubtraximꝰ. De nobis quoqꝫ dici poteſt. fenum habet in cornu

¶ Ex prima ſatyra Iuuenalis. et ſermonibus Horatij

¶ Procul Epicurus. longe Ariſtippus. ſubulci non aderūt foeta ſcropha non grunniet

¶ Volo omnes qui propter nocturnos forſitan metus ſoli cubitare non poſſunt. vxores ducere.

¶ Facilius eſt quieſcenti q̄ʒ reluctāti vincula innectere

¶ Juxta vulgare prouerbium malo arboris nodo malus cuneus requirendus eſt

¶ Perdit em̄ auctoritatem dicendi cuius ſermo tp̄e deſtruit.

¶ Niſi enim cerebrum ſanuʒ fuerit. om̄ia mēbra in vitio erūt

¶ Caput eſt artis docere quod facias

¶ Latratu canū baculoq̄ʒ paſtoꝝ lupoꝝ rabies deterrenda ē.

¶ Vinolentia ſcurrarum eſt et comeſatorum. venterq̄ʒ mero eſtuans cito deſpumat in libidines

¶ Jn vīo luxuria. ī luxuria voluptas. ī voluptate īpudicitia ē

¶ Nō em̄ eodem lepore dictam⁹ quo ſcribim⁹. q̄ꝛ in altero ſepe ſtylum vertimus. iteruʒ quꝫ digna legi ſint ſcripturi. Jn altero quicquid in buccam venerit. celeri ſermone conuoluimus

¶ Horati⁹ in ſmonib⁹. Sepe ſtylū ṽtas. iteꝝ q̄ digna legi ſunt Scriptur⁹

¶ Non enim cepiſſe. ſed permanſiſſe virtutis eſt

¶ Quanti enim operantur: terram exercent vomere. et tamē multis impedientibus cauſis egeſtate conficiuntur et penuria

¶ Multo plus intelligit q̄d oculis videt. q̄ʒ q̄d aure ꝑcipitur

¶ Breuis epiſtola longas non valet explanare queſtiones

¶ Putride carnes ferro indigent et cauterio. nec eſt medicine culpa ſed vulneris cum crudelitate clementi non parcit medicus vt parcat ſeuit vt miſercatur

Magnis nos prouocas queſtionibus. et torpens ocio ingenium dum interrogas doces

¶ Fortiſſimos quoq̄ʒ milites ſubita bella cōturbant. et ante coguntur fugere. q̄ʒ poſſunt arma corripere

¶ Muſica in luctu importuna narratio.

¶ Memento Daretis et Entelli. et vulgaris ꝓuerbij. ꝙ bos laſſus fortius figat pedem

¶ De amicitia omnis tollenda ſuſpitio eſt. et ſic cum amico quaſi cum altero ſe eſt loquendum.

¶ Omnia fert ętas. animum quoqȝ. ſepe ego longos
Cantando puerum memini me condere ſoles
Nunc oblita mihi tot carmina. vox quoqȝ Merin
Jam fugit ipſa

¶ Vergilius in bucolicis

¶ Hoc a me rogatus obſerua. vt quicquid mihi ſcripſeris. ad me primum facias peruenire

¶ Quum a ſancto fratre noſtro firmo ſolicite quererem quid ageres ſoſpitem te letus audiui.

¶ Magnitudo celeſtium beneficioꝝ anguſtias humanę mentis excedit.

¶ Qui ſuſtinet tēpeſtatem. vel petre vel tecti querit refugiuꝫ Quem hoſtis perſequitur. ad muros vrbiuꝫ confugit. Feſſus viator tam ſole q̄ꝫ puluere vmbrę querit ſolatium Et ſeuiſſima beſtia licet hominis ſanguinem ſitiat. cupit et nititur. vtcunqȝ potuerit. preſens vitare diſcrimen

¶ Sed fugit interea. fugit irreparabile tempus

¶ Rhoebe diu. res ſi qua diu mortalibus vlla eſt Viximꝰ

¶ Vergilius eſt auctor in x. Aenei. Rhoebus aūt proprium eſt nomen equi Mezētij. quem Vergilius ad equum ſuum loquentem facit

¶ Oīs vita mortaliū q̄ſi ſomniū. ita veloci morte ꝯtracta ē q̄ ſimilitudine floꝝ atqȝ foeni in eodem pene tp̄e ſiccatur atqȝ deperit

¶ Sicut herba mane creuit floruitqȝ. ⁊ ſiccatur ad veſperāqȝ indureſcit et deperit. ita erit omnis hominum pulchritudo

¶ Nihil eñ ita decipit hūanuꝫ genus. q̄ꝫ ꝙ diu ignorāt ſpacia vitę ſuę. languoreꝫ ſibi ſeculi huius poſſeſſioneꝫ repromittunt

Unde et illud egregie dictū eſt. Nulluz tā ſenez eſſe. et ſic decrepitę ſenectutꝫ vt nō ſe adhuc vno plus āno viuere ſuſpicet.

¶ Cicero in Catone Maiore Nemo eſt tam ſenex. qui ſe annum non putet poſſe viuere

Victoria domini ſeruorum triumphus eſt magiſtri eruditio diſcipulorum profectus

¶ Piſces enim qui de mari extracti fuerint. moriuntur

¶ Inter ſpinas et tribulos breuis vitę alimenta naſcuntur

¶ Qui cibi. que melle ſunt dulciora q̄ʒ dei ſcire prudentiam. et in abdita eius intrare?

¶ Habeant ſibi ceteri. ſi velint. ſuas opes. vaſe gemmato bibant ſerico niteāt. plauſu populi delectentur. et per varias voluptates ſuas diuitias vincere nequeant Noſtrę diuitię ſint in lege domini meditari die ac nocte

¶ Nullus hoſtili obſidente exercitu ſecurus eſt Nemo (vt beatus Cyprianus ait) ſatis tutus periculo proximus

¶ Cyprianus in epiſtola ad Pomponium de virginibus Nemo diu tutꝰ eſt periculo proximus

¶ Tritum quippe eſt prouerbium vltroneas putere merces

¶ Plautus Inuendibili merci oportet vltro emptorem adducere Proba merx facile emptorem reperit

¶ Que acceperis reddenda ſunt cum fenore. fortiſqꝫ dilatio vſuram parturit

¶ Corrumpunt mores bonos confabulationes peſſimę

¶ Quid apud homines tutum erit. ſi ne parietibus quidem et ſcrinijs noſtra poſſumus ſecreta celare?

¶ Difficile eſt alienas lineas inſequētem non alicubi excedere

¶ Egredientes de portu ſtatim impegimus

¶ Completur in me tritum vulgi ſermone prouerbium Oleum perdit et impenſas qui bouem mittit ad ceroma

¶ Caeroma vnguētū ex oleo et terra in ſpeciem luti quo paleſtritę vngiſo

lebant Martialis Et caſtigatum libyce ceroma paleſtre Ponitur etiam pro loco in quo paleſtrite vngi ſolent. et in hoc ſignificatu hic accipitur

Ridiculum eſt ſi quis e nobis manens inter Croeſi opes et Sardanapali delicias de ſola ruſticitate ſe iactet

Quod crebro male pullulat. crebrius ſuccidatur

¶ Dicam tibi illud Horatianum in ſyluam ne ligna feras

Cupio te meminiſſe mei.

¶ Voce me prouocas ad ſcribendum. terres eloquentia. et in epiſtolari ſtylo prope Tullium repreſentas

¶ Scis ipſe non bene fieri. quod occupato animo fiat

¶ Vera enim illa neceſſitudo eſt et chriſti glutino copulata. quam non vtilitas rei familiaris. non preſentia tantum corporum. non ſubdola et palpans adulatio. ſed dei timor et diuinarum ſcripturarum ſtudia conciliant

¶ Diſcamus in terris quorum nobis ſcientia perſeueret in celo

¶ Antiquum dictum eſt Auaro tam deeſt quod habet. quam quod non habet.

¶ Facile contemnit omnia. qui ſe ſemper cogitat eſſe moriturum

¶ Nunquam ſera confeſſio. Latro de cruce tranſijt in paradiſum

¶ Seneca tragicus Nunquam ſera eſt ad bonos mores via

¶ Pene lapſus ſum ad aliam materiam. currente rota dum vrceum facere cogito. amphoram finxit manus

¶ Horatius in arte poetica. Amphora cepit Inſtitui currente rota. cur vrceus exit

¶ Magiſter probe etatis et vite conditioniſque eſt diligendus

¶ Non ſunt contemnenda quaſi parua. ſine quibus magna conſtare non poſſunt

¶ Difficulter raditur. quod rudes animi perbiberunt. Lanarum conchylia quis in priſtinum colorem reuocet. recens teſta diu et ſaporem retinet et odorem quo primum imbuta eſt

¶ Horatius Quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorem Teſta diu

¶ Procliuis eſt malorum emulatio. et quorum virtutes aſſequi nequeas. cito imitaris vitia.

¶ Venena non dantur. niſi melle circumlita. et vitia nō irre-
punt niſi ſub ſpecie vmbraq; virtutum
¶ Legi quondam in ſcholis puer Egre reprehendas. quod ſi-
nis conſueſcere
¶ Cito flores pereunt. cito violas et lilium et crocum peſti-
lens aura corrumpit.
¶ Orationi lectio. lectioni ſuccedat oratio
Diſplicent mihi in teneris maxime etatibus longa et immo-
derata ieiunia
¶ Expimento didici. aſellū in via cū laſſus ē diuerticula q̄rere
¶ Nemo patrem aſperis verbis ledat
¶ Affectum ſonet. quicquid lingue dixerint liberoruz
¶ Inter charas diunctaſq; perſonas pietatis iura ſeruentur
¶ Hoc filioꝝ ora loquātur. quod parentes delectat audire
¶ Optat mater puuluz creſcere. optat cito videre maiorē eū-
q; nūeris iuuenuz miſcere feſtinat. nunq; ſibi forſitā ſeruiturū
¶ Nec vitricus pr̄ eſt. nec nouerca p̄t nomen matris implere
¶ Habet enim quandam ſenectus infantiam
¶ Omnes pene virtutes corporis mutantur in ſenibus. et
creſcente ſola ſapientia decreſcunt cetere vires
¶ Cūcta que p corpus exercētur. fracto corpore minora fiunt
¶ Negociatorem clericum et ex inope diuitem. ex ignobili glo
rioſum quaſi quandam peſtem fuge
¶ Caueto omnes ſuſpitiones. et quicquid probabiliter fingi
poteſt ne fingatur ante deuita
¶ Gloria epiſcopi eſt pauperum opibus prouidere. ignomia
omnium ſacerdotum eſt proprijs ſtudere diuitijs
Quantis ſudoribus hereditas caſſa expeditur. minori labore
promiſſa margarita chriſti emi poterat

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Delicatus magiſter eſt q̄ pleno ventre de ieiunijs diſputat
¶ Accuſare auaritiam et latro poteſt
¶ Sacerdotis chriſti os mens manuſqꝫ concordent
¶ Non omnia poſſumus omnes
¶ Prouerbiale dictum quod ex Lucretio ſumpſit Vergilius
¶ Nunq̄ vinum redoleas. ne audias illud philoſophi. hoc nō eſt oſculum porrigere. ſed vinum propinare
¶ Quicq̄d inebriat ⁊ ſtatū mentꝰ euertit. fuge ſil'iter vt vinū
¶ Pinguis venter non gignit ſenſum tenuem
¶ Caue ne hominum rumuſculos aucuperis
¶ Nemo inuito auditori libenter refert
¶ Sagitta in lapidem nunq̄ figitur. interdum reſiliens percutit dirigentem
¶ Nunq̄ de formis mulierum diſputes. nec quid in cuiuſquā domo agatur. alia domus per te nouerit
¶ Optimus diſpenſator eſt. qui ſibi nihil reſeruat.
¶ Cum proximat ſtypula. incendit ignem
¶ Ferreas mentes libido domat
¶ Non veſtis tenera clericum facit. aut ſacerdotem. ſed caſta mentis intentio
¶ Nemo miles cum vxore pergit ad bellum
¶ Omne quod rarum eſt. plus appetitur
¶ Pulegium apud iudeos pipere precioſius eſt
¶ Martialis Rara iuuāt. primis ſic maior gratia pomis Hyberne precium ſic meruere roſe
¶ Omniuꝫ operum ſpeculatorem deum crede. ⁊ caue ne quid quod diuinis oculis indignuꝫ ſit. aut opereris. aut cogites
¶ Omne tp̄s in q̄ te. non meliorē ſenſeris. hoc eſtima ꝑdidiſſe
¶ Legitur et feceris pro ſenſeris
¶ Non expedit apprehenſo aratro reſpicere poſt tergum

¶ Adulator quippe blandus inimicus eſt

Stadiū ē hec vita mortalibꝰ. hic ꝯtēdimꝰ vt alibi coronemur

¶ Nemo inter ſerpentes et ſcorpiones ſecurus ingreditur

¶ Dum paruus eſt hoſtis interfice. nequicia elidat̄ in ſemine

¶ Stultiſſimū ꝙppe eſt docere qđ nouerit ille quem doceas.

¶ Varijs callidus hoſtis pugnat inſidijs

¶ Radix omnium malorum eſt auaricia

¶ Sit procul obtrectatio. faceſſat inuidia

¶ Equorum curſus fauore ꝑnicioſior fit. pugilum fortitudo clamoribus incitatur. paratas ad preliū acies actoſq; mucrones ſermo imperatoris accendit

¶ Ouidius in ꝑmo de arte Laudatas oſtendit auis iunonia pēnas Si tacitꝰ ſpectes. illa recōdit opes. Quadrupedes inter rapidi certamina curſus Depexeq; iubę plauſaq; colla iuuant

¶ In lyrico carmine ſuper iuſti preconio dicitur Si fractꝰ illabitur orbis. Impauidum ferient ruinę

¶ Horatius in tertio libro carminum

¶ Virtus enim ſemper inuidię patet

¶ Horatius in tertio libro carmi. Quatinus (heu nefas) Virtutem incolumem odimus Sublatam ex oculis querimus inuidi

¶ Eadem velle et eadem nolle. ea demum firma amicitia eſt

¶ Vltroneas enim aiunt putere merces. et precia facilitate decreſcunt. que ſemper in raritate maiora ſunt

¶ Mores em̄ ſtudia dn̄aꝝ plerumq; ex ācillaꝝ et comitū moribus iudicātur

¶ Non bene olet. qui ſemper bene olet

¶ Martialis. Non bene olet. qui bene ſemper olet

¶ De agmīe columbaꝝ crebro accipiter vnā ſeparat. quā ſtatī inuadat ⁊ laceret. ⁊ cuiꝰ carnibꝰ et cruore ſaturet̄. Morbidę oues ſuū relinquunt gregem. et lupoꝝ faucibus deuorantur

¶ Putridę carnes ferro curātur ⁊ cauterio. venena ꝑpentio pellūtur antidoto. Quod ſatis dolet, maiori dolore expellitur

¶ Quis vnqꝫ mortaliū iuxta viperā ſecuros ſomnos capit

¶ Etiaꝫ ferreas mentes libido domat. quę maioreꝫ in ꝟgini
bus patitur famem. dum dulcius putat omne quod neſcit.

¶ Narrāt gentiliū fabulę cātib⁹ ſirenaruꝫ nautas iſſe in ſaxa
precipites. et ad Orphei citharā arbores beſtiaſqꝫ ac ſilicū du

¶ Difficile inter epulas ſeruatur pudicitia (ra mollita

¶ Nitens cutis ſordidum oſtendit animum

¶ Libidinoſa mens ardentius honeſta perſequitur. et quod
non licet dulcius ſuſpicatur

¶ Querulū ſeruoꝝ gn̄s eſt. et quātūcūqꝫ dederis ſemper is

¶ Facilius mala cedūt homines. et quodcunqꝫ do (min⁹ eſt
mi fingitur. rumor in publicum fit

¶ Cito ſeneſcunt mulieres. maxime. que iuxta viros ſunt

¶ Natura vt ait Ariſtoteles in libro de lōgitudine ⁊ breuitate vitę maſcu
li ſunt femellis lōgioris vitę. Cauſa aūt. qꝛ calidius animal maſcul⁹ eſt q̄ꝫ fe
mella. Idem paulo ante affirmat coitiua ⁊ multi ſpermatis cito ſeneſcere

¶ Nulli vnqꝫ oīno detrahas. nec alioꝝ vituꝑatōe te laudabi
lē videri velis. magiſqꝫ vitā tuā ordinare diſce q̄ꝫ alienā carꝑe.

¶ Quidam ſapiens ait Uerba adulatoꝝ mollia. feriunt aūt
interiora ventris.

¶ Diu ante conſidera quid loquendum ſit. et adhuc tacens
prouide ne quid dixiſſe poeniteat

¶ Multo deformior eſt ſuperbia. quę ſub quibuſdam humili-
tatis ſignis latet. Neſcio enim quomodo turpiora ſunt vitia
cum virtutum ſpecie cęlantur

¶ Sola apud deum libertas eſt non ſeruire peccatis Sum-
ma apud deum nobilitas clarum eſſe virtutibus

¶ Iuuenalis ſa. viij. Nobilitas ſola eſt atqꝫ vnica virtus

¶ Fidelius et gratius ſemper obſequium eſt. quod ab amore
q̄ꝫ quod a metu percipitur.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Periculoſe ꝓmittitur. q̄d ad huc in alterius poteſtate eſt
¶ Ut vulgo dicitur. facile ex amico inimicum facies. cui pro-
miſſa non reddas
¶ Detrimentum pecoris paſtoris ignominia eſt
¶ Comicus (cuiꝰ finis eſt humanos mores noſſe atq̧ deſcri-
bere) dixit. Sine cerere et libero friget venus
¶ Pluuia illa optima eſt. que ſenſim deſcēdit in terras. Su-
bitus et nimius imber in preceps arua ſubuertit
¶ Speculū mentis eſt facies. et taciti oculi cordis fatētur ar-
¶ Falſus rumor cito opprimitur (cana.
¶ Cito ignis ſtypulę cōquieſcit. et exundans flamma defici-
entibus nutrimentis paulatim emoritur
¶ Uetimus. nolimus. ſeneſcimus
¶ Unuſq̄ſq̧ eñ non hoīm ſed rex pōdere iudicādus eſt Nec
diuiti obſunt opes ſi eis bñ vtat̄. nec pauperē egeſtas cōmen-
dabiliorem facit. ſi inter ſordes et inopiā peccata non caueat
¶ Docet et Aeſopi fabula plenum muris ventrē per anguſ-
tum foramen egredi non valere
¶ Horatiꝰ in primo epl'ax. Forte ꝑ anguſtā tenuis vulpecula rimaꝫ Rep
ſerat in cumeram frumenti. paſtaq̧ rurſus Ire foras pleno tendebat corpo
re fruſtra Cui muſtela procul ſi vis ait effugere iſtinc. Macra cauum repe
tas arctum quem macra ſubiſti.
¶ Non eſt parui apud deum meriti bene filios educare
¶ Si tanti viliſſimum vitꝫ quāti precioſiſſimuꝫ margaritū
¶ Tenera res in feminis fama pudicitię eſt. ⁊ quaſi flos pul-
cherrimꝰ cito ad leuem marceſcit aurā. leuiq̧ flatu corrūpitur.
¶ Difficile eſt. quin potius impoſſibile ꝑturbationis vitijs
carere quempiam
¶ Nam ſine vitijs nemo naſcitur. optimus eſt ille qui mini-
mis vrgetur. velut ſi egregio inſperſos reprehendas corpo-

reneuos
¶ Horatius in primo ſmonuz. Nā vitijs. nemo ſine naſcitur optim⁹ ille ē
Qui minimis vrgetur. amicis dulcis. vt equū eſt Catullus Suus cuiqꝫ
attributus eſt error Propertius Unicuiqꝫ dedit vitium natura creato.
¶ De eodez cuncti facti ſumus luto. iiſdem cōpacti exordijs
¶ In ſerico et in pannis eadem libido dominatur. nec regum
purpuras timet. nec mendicantium ſpernit ſqualorem
¶ Cauendum eſt vulnus. quod dolore curatur
¶ In vetere via nouaz ſemitam querimus
¶ Libido em̄ tranſacta ſemper ſui reliquit poenitudinem
¶ Melius eſt rem familiarem minui q̄z ſalutem animę perire.
¶ Nemo enim tam fractis viribus. et ſic decrepitę ętatis. vt
non putet ſe vnum adhuc annum eſſe victurum
¶ Non mihi ſi linguę centum ſint oraqꝫ centum
Ferrea vox. omnes captorum dicere poenas
Omnia ceſorum percurrere nomina poſſum
¶ Uergilius in vi. ęnei. Non mihi ſi lingue centum ſint oraqꝫ centuz Fer-
rea vox oēs ſceleꝝ ꝯprehendere formas. Oīa poenaꝝ ꝑcurrere noīa poſſuz
¶ Uiue memor leti. fugit hora hoc quod loquor inde eſt
¶ Perſius ſatyra quinta
¶ Heret vox et ſingultus intercipiunt verba dictantis.
¶ Affatim diues eſt qui cum chriſto pauper eſt
¶ Corpus aſſuetum tunicę loricę onus non fert
Caput opertum linteo galeam recuſat
Mollem ocio manum durus exaſperat capulus
¶ Nemo athleta ſine ſudore coronatur
¶ Delicatus es frater. ſi et hic vis gaudere cum ſeculo. ⁊ poſ-
tea regnare cum chriſto
¶ Coepiſſe multorum eſt. ad culmen perueniſſe paucorum
¶ Ueſtes non ad vſus tantuz. ſed ad delicias conquiruntur
¶ Ubicūqꝫ ꝯpendiuz ē. velocior pes. cit⁹ ſmo. auris attētior

¶ Plus enim laudat vnuſquiſqꝫ quod poſſidet

¶ Nulla res (vetus inquit comicus) tā facilis eſt quin diffi-
cilis fiat ſi eam inuitus facias

¶ Terentius auctoꝛ eſt

¶ Terra ſumus et cinis. et per omnia momenta de noſtra ſa-
lute ſuſpenſi. continuo in puluerem diſſoluendi

¶ Amicitia que deſinere poteſt. vera nunq̄ꝫ fuit

¶ Subitus caloꝛ longum vincit repoꝛem

¶ Crates ille thebanus homo quondā ditiſſimus cuꝫ ad phi-
loſophanduꝫ athenas ꝑgeret. magnuꝫ auri pōdus abiecit. nec
putauit ſe ſimul poſſe et virtutes et diuitias poſſidere

¶ Plenus venter facile de ieiunijs diſputat

¶ Nō hieroſolymis fuiſſe. ſed hieroſolymis bñ vixiſſe laudā

¶ Qui chꝛiſtum deſiderat. et illo pane veſcitur non (duꝫ eſt
querit magnopere de q̄ꝫ precioſis cibis ſtercus conficiat

¶ Rumuſculos ⁊ glorıolas et palpantes adulatoꝛes quaſi

¶ Rara eſt in hominibus fides (hoſtes fuge

¶ Vergilius Nuſq̄ꝫ tuta fides.

¶ Habeto ſimplicitatem columbę. ne cuiq̄ꝫ machineris dolos
et ſerpentis aſtutiam. ne alioꝛum ſupplanteris inſidijs

¶ Qui edere vult nucleum. frangat nucem

¶ Plautinum hoc eſt

¶ Capite quippe ſano omnes ſenſus vigent

¶ Nihil ſine magno laboꝛe vita dedit moꝛtalibus

¶ Horatiꝰ in pꝛimo ſermonū Nil ſine magno Vita laboꝛe dedit moꝛtalibꝫ

¶ Soꝛdidę veſtes candidę mentis indicia ſunt

¶ Modicus ac temperatus cibus et carni et animę vtilis eſt.

¶ Vnuſquiſqꝫ enim ſuo ſenſu ducitur.

¶ Nunq̄ꝫ de manu et oculis tuis recedat liber

¶ Grās ago dño. ꝙ de amaro ſemīe lrāꝝ dulces fructꝰ capio

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Ariſto. Scientie arbor radices quidē hȝ amaras fruct⁹ ꝟo dulciſſimos

¶ Philoſophi ſeculi ſolent amorem veterem amore nouo. quaſi clauum clauo expellere

¶ Ouidius in ſecundo de remedio. Succeſſore nouo vincitur ōnis amor.

¶ Pax querenda eſt. vt bella fugiamus

¶ Nulla ars abſq; magiſtro diſcitur. etiam muta animalia et ferarum greges ductores ſequuntur ſuos

¶ Multo tempore diſce quod doceas

¶ Nulli detrahas. nec in eo ſanctū te putes. ſi ceteros laceres

¶ Accuſamus ſepe quod facimus. ⁊ cōtra noſmetipſos diſerti in noſtra vitia inuehimur. muti de eloquentibus iudicātes.

¶ Utinam q̊d renūciamus ſeculo. voluntas ſit. non nccītas

¶ Antiquus ſermo eſt. mendaces vt faciunt. vt nec ꝟa dicentibus credatur

¶ Ut ait Flaccus in ſatyra

Omnibus hoc vitium eſt cantoribus. inter amicos Rogati vt nunq; cantent. iniuſſi nunq; deſiſtant

¶ Horatij ꝟſus ſunt in primo ſermonū Omnib⁹ hoc vitiū eſt cātorib⁹ inter amicos. Ut nunq; inducāt animū cātare rogati Iniuſſi nunq; deſiſtūt

¶ Ita te deinceps faſcibus obruam literarum. vt econtrario incipias rogare ne ſcribam

¶ Nulla neceſſitas maior eſt charitate

¶ Similem habent labra lactucā. aſino carduos comedente

¶ Amor ordinem neſcit

¶ Nec regredi valeo. nec progredi poſſum

¶ Nulla communio luci et tenebris eſt

¶ In teſtaceis vaſculis theſaurus ſepe reconditur

¶ Ita ſe natura hȝ. vt amara ſit ꝟitas. blāda vitia exiſtimentᷣ

¶ Aſino quippe lyra ſupflue canit

¶ In amicis enim non res queritur. ſed voluntas

¶ Non erudit pater niſi quem amat

[=81.47]

¶ Non corripit magiſter diſcipulum. niſi cum quem ardentio-
ris cernit ingenij. Medicus ſi ceſſauerit curare deſperat
¶ Amaritudo preeuntis doloris commendat amplius gau-
dia ſecutura
¶ Agricola de vbertate frugum letari non poterit. niſi prius
terram multo labore confecerit
¶ Optãduz eſt etiã ꝗ̃uis ſit amaꝝ. q̇d lucruz parit. et cum le-
ticia maiore ſumẽduz. q̇cquid ãpliorem generat mercedẽ. Nec
cõgeſtio laboris vitãda eſt. que eſt augmentatio cõmodorum.
¶ Quãuis magnus facile contemnitur labor. vbi non tam la-
boris quantitas ꝗ̃ eius vtilitas cogitatur
¶ Nullus tam crudelis homicida eſt ꝗ̃ qui ita erga alteruz ſe-
uit. vt non parcat ſibi
¶ Nunꝗ̃ eñi delicata ac ignara certaminis virtus victorię
palmiferum culmen aſcendit.
¶ Cum periculis iam neceſſe eſt congrediatur et certet. quem
tempeſtas inter fluctus inuenit.
¶ Ingentis virtutis eſt ingentia ſuperare
¶ Regis eſt onus imponere. et militis eſt ſuſtinere
¶ Peius enim nocet malum. ſi male portetur
¶ Triumphator non p̄t dici. niſi cui victoriam virtus inueñt.
¶ Specioſus eſt miles in exercitu conſtit utus armorum
¶ Qui tela formidauit aduerſi certaminis. nunꝗ̃ meruit no-
men ſortiri victoris
¶ A preceptoribus ludorum reguntur diſcipuli
¶ Securitas periculis emitur. ſudoribus requies comparatᵘ
¶ Quod ex amore domini noſtris vtilitatibus prerogatur.
ſine murmure ſufferamus
¶ Infelicitatis eſt aduerſa neſcire. felicitatis eſt cum aduerſis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

noſſe congredi et ſcire pugnare
¶ Grandes materias ingenia parua non ſufferunt
¶ Abſqꝫ noticia etenim ſui creatoris omnis homo pecus eſt
¶ Obſecro vt modum adhibeas in dolore. memor illius ſen-
tentię ne quid nimis
¶ Nec virtutes. nec vitia parentum liberis imputantur
¶ Quomodo enim letę ſegetes et vberes agri interdum cul-
mis ariſtiſqꝫ luxuriant. ita preclara ingenia. et mens plena vir-
tutibus in variarum artium redundat elegantiam
¶ Platonis ſnīa eſt. oēm ſapiētiū vitā meditatōez eē mortis
¶ Optima queqꝫ dies miſeris mortalibus eui
Prima fugit. ſubeunt morbi triſtiſqꝫ ſenectus
Et labor et durę rapit inclementia mortis
¶ Vergilius in tertio georgicorum
¶ Naeui⁹ poeta pati inquit neceſſe eſt mortalem multa mala
¶ Heſiodus natales hoīm plāgens gaudet in funere. pruden-
terqꝫ Ennius Plebs ait in hoc regi anteſtat loco. licet lachry-
mare plebi. regi honeſte non licet
¶ Olim offenſum ſentimus: nec placamus deum
¶ Vincit̄ ſermo rei magnitudine. et min⁹ eſt oīe q̄d dicim⁹
¶ Nō eſt optim⁹ conſolator. quem proprij vincunt gemitus
¶ Non poſſum ſine gemitu eloqui. quod dicturus ſum.
¶ Breuis vitę ſpacium ęterna memoria compenſabit
¶ Sapienter debet dolere qui dolet. nec perdat ſine cauſa
quod dolet
¶ Neqꝫ enim Darij opes et Croeſi diuitię valent explere
pauperes mundi
¶ Difficile. immo impoſſibile eſt. vt pn̄tibus quis et futuris
fruat̄ bonis. vt ⁊ vētrē. ⁊ hic ibi mentē ĩpleat. vt de delicijs

tranſeat ad delicias vt in vtroqꝫ ſeculo primus ſit. vt in celo ⁊ in terra appareat glorioſus

¶ Prudentius Nec currunt pariter capta et capiende voluptas

Quid boni habeat ſanitas langor oſtendit. plus cenſemus quod habuimus. poſtq̄ꝫ habere deſinimus

¶ Prima virtus eſt monachi contemnere hominum iudicia

¶ Ingenia liberaliter educata facilius verecundia q̄ꝫ metus ſuperat. et quos tormenta nō vincunt. interdū vincit pudor

¶ Lucet margaritum in ſordibus. et fulgor gemme puriſſime etiam in luto radiat

Pars ſacrilegij eſt rem pauperem dare non pauperibus

¶ Cito turgens ſpuma dilabitur

¶ Scitum eſt illud quoqꝫ Catonis. ſat ſcio. ſi ſat bene

¶ Foelices inquit Fabiꝰ eſſent artes. ſi de illis ſoli artifices iudicarent. Poetam nō poteſt noſſe. niſi q̄ verſuꝫ poteſt inſtruere Philoſophos nō intelligit. niſi qui ſcit dogmatuꝫ varietates Manufacta et oculos patentia magis probant artifices

¶ Facile abijcitur. quod heret extrinſecus

¶ Inteſtinum bellum periculoſius eſt

¶ Difficilius arrogantia q̄ꝫ auro caremus et gemmis.

¶ Semper quidem virtutes ſequitur inuidia. feriuntqꝫ ſummos fulgura montes

¶ Horatius in ſcdo carminū. Sepius ventis agitatꝛ ingens Pinus. ⁊ celſe grauiore caſu Decidunt turres. feriuntqꝫ ſummos. fulgura montes

¶ Difficile eſt modum tenere in omnibus

¶ Exegi monumentum ęre perenni us. quod nulla deſtruere poſſit vetuſtas

¶ Horatiꝰ in tertio carminuꝫ. Exegi monumentū aere peñius Regaliqꝫ ſitu pyramidū altius Quod non imber edax. nō aquilo impotens poſſit diruere. aut innumerabilis Annoꝝ ſeries et fuga temporum

Semper em̄ in propatulo fortitudo emulos habet. feriuntqꝫ

ſummos fulgura montes
¶ Peregrine merces tantum volentibus nauigant
¶ Cuiꝰ animum neſcias. de eius ꝑiculoſe voluntate ꝓmittas
¶ Bonus ſermo ſecreta non querit
¶ Ut em̄ aq̄ in areola digitū ſeq̄tur ꝑcedentez. ita etas moll'
et tenera ī vtrāq; ꝑtez flexibil' eſt. et q̊cunq; duxeris trahitur
¶ Multitudo peccantium peccati licentiam ſubminiſtrat
¶ Gloria quippe regis multitudo populi eſt
¶ Qui ethiopem inuitat ad balnea. et ſi nigredinem non au-
ferat illi certe vel pecuniam accipit ſibi
¶ Vaſa limo plena liquorez puri elementi recipe et continere
¶ Aer ſpinoſus niſi ante cultoris labore fuerit ex- (non pn̄t
tirpatus nō nutrit in ſe iacta ſemina ſed ſuffocat
Quorum venter deus. cultum nolunt audire ieiunij. Luxuri
oſo verbum caſtitatis offenſio eſt
¶ Non eſt fidelis medicus. qui ante digeſtam putredinez ſu-
perducit vulneri cicatricem ¶ Finis

¶ Ad lectorem Joannes Murmellius

Habes cādide lector nōnullas orōnes. ꝑtem elegantes.
ꝑtim ſnīs inſignes ex diui hieronymi Romane eccleſie
doctoris eloquētiſſimi luculentis epl'is a nobis tumultuario
quidez. ſed fideliter excerptas Nā ne minimum q̇dem ꝟbum
immutauimus. ſed ea integritate qua in exemplaribus legi ſo-
lēt. repoſuimus q̄cquid ſeligendū videbat'. libros cōtra Ruffi
nuz īter epl'as nūerauimus. eo ꝙ auctor ipſe epl'as eſſe fateat'
Porro interdū paucula. q̄ inter exarādum memoria ſuggere-
bat. ad Hieronymi orōnes facienti a' interſerui. q̄ lrāꝝ inequa
litate facile dinoſcunt' Vale et labores meos fac boni cōſulas

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Hermannus Torrentinus Joanni Murmellio Salutem plurimaʒ dicit.

Magnis efferēdus es laudib⁹ Joānes Murmelli: q̄d diuinū iſtud ingenium tuū nec ocio marceſcere: nec luxu corrūpi ſinis: vt pleriqʒ ſolēt. Sed foelicibus ſp̄ auſpicijs ea ſcriptitas: q̄b⁹ et īmortale tibi nomē cōparas: et nō ſolū noſtri ſeculi homines: verū etiā poſteros literaꝝ cupidos perpetuo tibi deuincis. Recitata ſunt mihi nōnulla tua opuſcula tum oratione ſoluta: tum carminib⁹ lepidiſſime conſcripta: de quib⁹ vt: quod ſentio: paucis exprimā. Nemo eſt germanoꝝ poſt Rodolphum Agricolā ⁊ Eraſmū Roterodamū: quē tibi vel metro: vel proſa p̄ferā. Perge igit̄ quo coepiſti dec⁹ Germanię. ⁊ ad verā laudeʒ totis (vt facis) viribus incumbe Equideʒ ad hoc ęui neminē noui: qui: quemadmodū tu: grammaticen ſimul et poeſim ꝓfiteatur: quaruʒ in vtrauis excellere laude dignū cenſeo. Nā ipſe quoqʒ litteraturaʒ quondam profeſſus: quorundaʒ hoīm hortatu in grāmaticis aliqua ſcribere ſum exorſus. Verū omnia pene immatura ac imperfecta ſunt ędita. vel inuito me: vel inſcio. Suʒ eñ ſubita cęcitate ꝑcuſſus cum indignus in muſarum me choros impudenter ingeſiſſem. Itaqʒ opuſcula mea: q̄bus extrema nondum fuit man⁹ impoſita: immo quoꝝ ꝑtem nunq̄ ędere ſtatuerā: a chalcotypo ſurrepta ſunt: et informata: multiſqʒ in locis deprauata. Mihi ꝟo tātus ob cęcitateʒ lāguor inceſſit. vt hinc laboreʒ prorſus defugiaʒ: preſertim varijs rei domeſticę curis diſtētus. Doctos tñ homines mirifice āplector: et nōnunq̄ iuuentuteʒ. quoad poſſum: literis inſtituo. Vnde et eclogas tuas ęſtate pręterita oīnium primus interpretatus ſum Elegias vero tametſi nunq̄ pro meritis cōmendare ſufficiam: laudo tamen ꝙ eas incudi reddideris: vt accepi Quod ſeri⁹ ad te ſcripſi: tum verecundię meę: tum occupationibus dato: ſed nunc tarditateʒ inepta ꝟboſitate compenſo. Vale igitur et ama Torrentinum tui amantiſſimum Ex Suollis xiiij calendas Aprilis.

34

¶ Joannes Murmellius Hermāno Tor-
rentino Salutem plurimā dicit.

NImio mei amore falleris Hermanne Torrentine: qui me immodicis preconijs: quibus par eſſe nunq̄ꝫ poſſuꝫ honeras verius quā honoras. Cōſcius enim non tam obtuſi. q̄ꝫ inertis et paruꝫ culti i liberalibus doctrinis ingenioli mei. mecū habito: et noui q̄ꝫ ſit mihi curta ſupellex. Sꝫ ne fruſtra me ad honeſtiſſima bonaꝝ artiuꝫ ſtudia videaris adhortatus: oꝑam ſedulo dabo. et om̄es in hoc neruos contendā: vt ꝓ virili mea ſtudioſis: tuꝫ viua voce: tuꝫ ſcriptis libellis proſiuꝫ: ſumpto de te exemplo: qui et docendo: et ſcribendo auditu lectuq̄ꝫ digniſſima de quā plurimis bene meritis verā tibi gloriā cōparaſti. Quare ne plus ęquo doleas velim te viſus caliginē lectitādis nimiuꝫ libris incurriſſe. cū Platone teſtāte tuꝫ mētis lumina perſpicacius videre incipiāt: cuꝫ corporis oculi defloreſcunt. Unde et in bucolicis recte quidaꝫ cęcuꝫ ſenem: ſed multa videntem dixit: Homeruꝫ deſignās oīm facile principē poetaꝝ. Diuus Antonius colloquio quōdam habito cuꝫ homine mirabilis ingenij ⁊ multijuge doctrinę Didymo Alexādrino. qui quanq̄ꝫ a tenera ętate captus oculis: plurima tamen ſcripſit volumina. et ſummis merito laudibus efferēda: miror inquit prudenteꝫ virum eius rei dolore damno: quam formicę muſcę et culices habent: ac nō potius ea gaudere facultate quā ſoli ſancti et apoſtoli meruerunt Melius enim multo eſt ſpiritu videre: q̄ꝫ corpore: ⁊ eos oculos poſſidere: in quos vitij feſtuca nequeat incidere: quā illos qui aſpectu ſolo apta ad libidinē feneſtra mortem ſināt ingredi: et arcem mentis occupare Cęterum ꝙ laudas me incudi reddidiſſe meas elegias: vehementer ꝓbo conſiliuꝫ tuum. Utinam id muneris aliquādo conſequar vt tā accurate verſus eliminare: et ad vngueꝫ expolire: q̄ꝫ facile queaꝫ effundere: ſed vt ille dixit: non eidem omnia dij dedere. Vale Monaſterij pridie nonas Aprilis

¶ Dauentrię Albertus Pafraed Imprimebat
Anno ſalutis noſtrę. M. D. XV.
Menſe Junio.

[Bl. 50]

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf